

www.e-rara.ch

Adriani Turnebi adversariorum tomi III ...

Turnèbe, Adrien

Basileae, 1580-1581

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-21>

Adriani Turnebi adversariorum liber decimustertius

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelnformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]



ADRIANI TURNEBI ADVERSARIORVM LIBER DECIMVS TERTIVS.

CAPVT I.

Ficus duplex, ager metatus, Iunonis sacra ferre, Io bacchæ.

Ficus duplex.



AMBIGITVR quæ sit apud Horatium lib. 2. sat. 2. duplex ficus in hoc versu,

Et nux ornat mensas cum duplici ficu.

& plerique sunt in hac sententia vt censeant duo

genera ficus significari: ego verò ficum puro significari maiorem, vt quæ marisca vocabatur. Vt enim Maro scripsit 1. Georg.

— duplici dentalia dorso,

& 3. Georg.

Duplex agitur per lumbos spina:

cum & crassum dorsum dentalis, & latam spinam equi demonstrare veller: sic duplicem ficum ab Horatio appellari suspicor, quæ maior est & vberior, quæq; formæ amplioris est. Sed ad testimonium veniendum, & vt ita dicam, tabellare scriptorum suffragium. Vegetius lib. artis veterinariæ primo, *Addisq; nouem duplices ficus. Iterum, ficus duplices viginti, rutæ fasciculum.* Plin. natur. hist. lib. 20. cap. 6. *Diocles hydro picis cum cætaurea, aut in duplici fico.* Marisca autem ficus vilior erat saporisque fatui. Martialis libro 7. epig. 24.

Infanti melimela dato fatuasq; mariscas.

Sic vilioribus bellarijs explicatam fuisse mensam secundam Horatius demonstrat. Est nihil secius & in eadem ecloga intellectu difficile quod ita scribitur:

Quam nunc accisis videas: metato in agello

Cum pecore & natis fortem mercede colonum.

hic intelligo Ofelli agrum diuisum & assignatum fuisse Umbreno, ipsumque eius agri, cuius antè dominus fuerat, factum esse mercenarium colonum. Nam in agrorum diuisione

Metatus agellus.

& assignatione, modum metiebantur, quod est metari: sed & metis & limitibus solebant centurias & agrorum formas includere. vnde & metationem hac in re his verbis nominat Sículus Flaccus, *Et quamuis vna res sit forma, alij dicunt perticam, alij centuriationem, alij metationem, alij limitationem, alij cancellationem, alij typon, quod, vt supra diximus, vna res forma.* & Maro in Diris,

Pertica quæ nostros metata est impia agellos.

Huic capiti agglutinabo & illud eiusdem poetæ, sat. 3. lib. 1.

— *persepe velut qui Iunonis sacra ferret:*

vbi quibusdam quæ legendum videtur. Nam & Athenis virgines sacra canistris in capitibus reposita ferebant, & à virginibus id fieri in Iunonis sacris religionis ritus postulabat, non à maribus, vel Ouidio teste libro 3. Amorum eleg. 12. ita scribente,

More patrum sanctæ velatæ vestibis albis

Tradita supposito vertice sacra ferunt.

Sed animaduerto qui retineri commodissimè posse, vt ad Tigellium suauissima vrbaniare & similitudine referatur, qui tam lento passu tardoq; incedebat interdum, vt Iunonis sacra ferre videretur. Consociabo & illud ex eodem sermone,

Vsq; ad mala citaret io bacche.

In quo io bacchæ per diphthongum legi debere non iniuria nec ineptè suspicor, cum & mensio syllabæ id flagitet, & imitatio videatur fanaticæ exclamationis Liberaliû ad bacchas, aut etiam ipsarum inter sese baccharum furore correptarum vociferatio. Plautus in Casin. Sc. Vbi tu es. St. Bacchæ ergo hercle vxor. Cl. Bacchæ? St. hercle vxor. Cl. quid est? Au. Nugatur sciens. Nam eccastor nunc Bacchæ nullæ ludunt. St. Oblitus fui, sed tamen bacchæ.

Iunonis sacra ferre

Io bacchæ

CAPVT II.

Explicatur Cicero lib. 6. de Rep. veterum opinio de lacteo circulo.

VERBA sunt Ciceronis lib. 6. de Repub. in somnio Scipionis, *Ostendebat autem Car-*

Lacteus circulus.

thaginem de excelso & pleno stellarum & illustri loco: quibus adumbrare mihi videtur circulum lacteum, qui eximio candore multarum stellarum collucet, vbi visus sibi est Scipio Æmilianus cum Africano maiore colloqui, & vnde sibi putavit ostendi Carthaginem. Id ego hac de causa à Cicerone fictum & excogitatum arbitror, quòd antiquitas crederet, animos fortium, sapientum, iustorum & piorum emeritis vitæ stipendijs in eum locum recipi solere: cuius opinionis cognitionem ad Ciceronem intelligendum cum maximi esse momenti intelligerem, auctoritate confirmandam constabiliendamque credidi. Sic igitur scribit Manilius libr. primo, de lacteo circulo loquens,

An fortes animæ dignatâq; numina cælo,
 Corporibus resoluta suis terrâq; remissa,
 Huc migrant ex orbe suumq; habitantia cælum
 Aethereos viuunt annos cæloq; fruuntur?
 Atq; hic Aeacidæ, hic & veneramur Atridas:
 Tydidemq; ferum, terrâq; marisq; triumphis
 Naturæ victorem Ithacum, Pylimumq; senectâ
 Insignem triplici.

nec multò post,

Quiq; animi vires, & strictas pondere mentes
 Prudentes habuere viri quibus omnis in ipse
 Censys erat, iustusq; Solon fortisq; Lycurgus,
 Aethereusq; Platon, & qui fabricauerat illum,
 Damnatusq; suas melius damnauit Athenas.

Damascius credidit lacteum baltheum viam esse animorum Orcum cælestem peragran-
 tiùm. Orcus autem ille cælestis quis tandem est, nisi fœlicium animorum regio, sedes & domicilium? nam Ioannes Grammaticus eius referens sententiam ita scribit, *Φησὶ γὰρ ἰουάννης ὅτι οὗτος ἐστὶν οὐρανὸς τὸ γὰρ αὐτὸν οὐρανὸν τὸν ἐν ἡμῶν διακρινόμενον ἐμμένει. Iterum, ὅτι οὗτος ἐστὶν οὐρανὸς τὸ γὰρ αὐτὸν οὐρανὸν τὸν ἐν ἡμῶν οὐρανὸν. Illic etiam animos purgari censuit: sed & eo ascendere & inde descendere: Vnde & Grammaticus scribit, eius sententiam refellens, *ἅτις ἐστὶν αἰὲς ἀπὸ τῶν οὐρανῶν ἀριθμῶν ἀναστὰς τὴν ἐκ τῶν οὐρανῶν. Figmentum autem Ouidij vel pueris notum est, hanc esse viam qua ad Iouis ædes eatur. sic enim inquit, lib. primo Metamorphoseos,**

Est via sublimis cælo manifesta sereno,
 Lactea nomen habet, candore notabilis ipso:
 Hac iter est Superis ad magni tecta tonantis.

non est hoc commentum ab simile Aristophanis ioco, bellè & lepidè cauillantibus traiectiones stellarum, quas interdum cælo sereno videmus, esse laternas stellarum à cœna redeuntium.

CAPVT III.

Furca expellere, extrudere furcilla, pel-
 lis, lasanum portantes & œnophorum,
 λασανοφόρη.

QVIS non habet in ore verbum illum Horatianum epistola 10. lib. 1.

Naturam expellas furca, tamen ipsa recurret.
 non tamen vt notus omnibus versus est, ita & vis eius perinde intelligitur, nec perinde eius gratia sentitur. Id eo fit quia non animaduertunt, furca expellere esse vi maxima eijcere & exturbare, vt & epigrammate bello Catulli in Mentulam,

Mentula conatur pimpleum ascendere collem:
 Musæ furcillis præcipitem eijciunt.

10 Sed & Dionysius Lambinus vir eruditissimus, qui propepiem emendata à se opera Ciceronis emitter, libro decimosexto epistola 2. ad Atticum planè aperteque scribi in antiquo libro mihi ostendit, *Sed quoniam furcilla extrudimur, Brundisium cogito. id vt alia multa Græcis acceptum ferendum est. Nam Aristophanes in pace, furcis quoque eiectam ab Atheniensibus pacem queritur. eius verba subscribam,*

20 *τὴν δὲ τῆς ἀντιθέσεως τῆς βίβου λυγρὰ γυναικί.*
 & eruditus interpret ita explicat, *ἀντιθέσεως, ἡ δὲ ἐστὶν ἐν τῶν ἀντιθέσεως τῶν ἀντιθέσεως. & alia interpretatio: ἡ δὲ ἐστὶν ἐν τῶν ἀντιθέσεως τῶν ἀντιθέσεως. & apud Suidam ex historico quodam affertur, *ἡ δὲ ἐστὶν ἐν τῶν ἀντιθέσεως τῶν ἀντιθέσεως. Est igitur expellere furca, non manu sola eijcere, sed magno conatu sumpta furca extrudere. Hic & alius à me locus explanabitur aliquando fortasse leuiter tactus. Libro primo latyrar. sexta ait Flaccus,**

Cum Tiburte via prætozem quinq; sequuntur
 Te pueri, lasanum portantes œnophorumq;.

hic sordidus & nimis parua comitatus & in-
 elegante immundaque familia, & indignus præturæ honore significatur, qui velut mercator, quo minorem sumptum faceret, domesticum vinum secum portabat, vasa quoque coquinaria, ne pro his quicquam solueret, aut à coponibus quicquam sumeret. mercatores autem, qui ad quæstum sunt attentissimi, peregrè proficiscentes suis pueris imponebant œnophorum: Perſius sat. 5.

Iam pueris pellem succinctus & œnophorum aptas.

Atque, vt interea hoc dicam, pellem dicit Perſius pro mantica & inuolucro vestis, supelle-
 stilis aliorumq; utensilium & sarcinarum. Id intelligi potest è Petronio viri clarissimi Memij, in quo ita scribitur, *Ego vos in duas iam pelles conijciam, vinclosq; loris inter vestimenta pro sarcinis habebo. vel potius qui nullos lautiores in comitatu haberet, quàm vilia seruitia & sordidissima mancipia. neq; enim honestis & lautis seruis œnophorum imponebatur, minus etiam lasanum quo venter exoneratur, quem qui ferebat, λασανοφόρη & Græcis vocabatur. etſi interdum etiam lasanum podium ollæ significat, quem chytropoda etiam dicebant, vt ait Aristophanis enarrator, quo sensu si quis accipiat, etiã sordes hominis agnoscat: & primo ita acceperam, deinde discelsionem in alterâ & receptiorem significationem feci, vt alio subseruiat.*

CAPVT IIII.

Spadices equi & glauci apud Maronem, & ferta procul apud eundem, & quis caneret Nymphas.

ILLVD à Vergilio est multò breuius quàm facilius dictum, s. Georg.

— honesti Spadices glauciq;

cùm generosorum equorum notas & colores demonstrat. neque enim si quis eius coloris sit, protinus sit probandus. sed mihi videtur hoc Maro dixisse ex illorum locorù seminio, in quibus illius coloris præstantissimi equi nascebantur, vt Mycenis & Pellæ. vt enim ad Clitumnum boues eximiæ formæ hiq; candidi nascebantur: ita Mycenis equi glauci nascebantur egregiæ dignitatis, & Pellæ spadices insignis formæ. atq; illorum equorù species iactantior & formosior, & vt Maro dicit, honestior quàm fortior & animosior laborumq; tolerantior erat. Vt ita Maronis verba accipi debere putem, mihi Gratius, qui Maronis ferè æqualis fuit, persuasit. nam & de equis ita scribit,

Consule Penei qualis perfunditur anne
Theffalus, aut patriæ quem conspexere Mycene
Glaucû, nempè ingens, nempè ardua tollet in auras
Crura: quis Eleas potior lustrabit arenas?
Ne tamen hoc attingat opus, iactantior illi
Virtus, quàm siluas durumq; laceffere Martem.

Iterum,

Spadices vix Pellei potuere Cerauni,
Et tibi deuotæ magnum pecuaria Cirrhæ
Phæbe decus nostras agere in sacraria thessas.

His è Gratiij locis equos ad speciem & pompâ potius sacraq; curricula, quàm ad bellicum opus aut venatorium munus à Marone descriptos intelligimus, vel potius signatos. Etiam illud Maronis 6. eclog.

Serta procul tantùm capiti delapsa iacebant:

aliter quàm ab interpretibus, explicadum nobis est. puto enim eum dicere, procul à capite ebrii & somno obruti iacuisseserta, quibus in computationibus se redimire olim solebant: tantùm tamen capiti fuisse delapsa, alioqui illæsa & integra, nò rupta, nò fracta, nò pressa, etiamsi procul iacebant. Illud autem 5. eclog.

— cum solemnia vota

Reddemus Nymphis,

propriè & è ritu dictum est, cùm & Nymphæ rusticorum deæ sint, & rusticæ, & illis in agros diuina à rusticis fiat. Itaq; apud Euripidem Ægisthus rus exit vt in agro eis rem diuinam faciat, quòd in vrbe earum dearum religioni opera dari non soleret. Cæterùm eclog. 9.

Quis caneret Nymphas? quis humum florentibus herbis

Spargeret? aut viridi fontes induceret vmbra?

de carmine rustico in honorem Nympharum composito, quibus res diuina excitatis ad fontium capita vmbraulis fiebat à rusticis & pa-

storibus, atq; adeò de Bucolico cantu dicitur, Et 3. eclog.

Et quo, sed faciles Nymphæ risere, sacello,
Maro cùm ait, rure facella Nympharum fuisse ostendit, quibus & antra sacrantur.

CAPVT V.

Tument negotia apud Ciceronem, hæresis Vestriana, delector tumulus prospectuq;, impensum pretiû, impenso, & quedam emendata.

Libro 14. ad Atticum, vt aliquid in eum librum elucubrem, leui tamè vt soleo opella, epist. 4. Cicero negotia tumere dixit, quæ in eo sunt, vt in tumultum aut bellum erumpat: vt tumescunt arborù gemmæ cùm parturiunt, tument animalia cùm in libidinè turgent, tument terræ cùm parere aut gignere cupiunt vt vere, quod dicitur ὀψέει Græcè. Tument, inquit, negotia. Iterum, ne deserere viderer hunc tumorem rerum. Tumorem rerum dicit eum rerù statum eamq; conditionem, quæ aliquid perturbationis & belli paritura sit. Sine còtroversia autem epist. 5. scribendum est, quoniam quidem ὀψέει, cùm leuiter commotus esses. adhibuerat enim Atticus in ediam ad sanadã commotiunculam febriculæ: hodie ὀψέει scribunt genere curationis inaudito: quin & illud qd protulimus antiquo in libro scriptum est. Eadem epistola ὀψέει esse existimo, quæ velut flabello quodam ventilata faciliè mouentur, & ad tumultuandum impelluntur. neque enim vocabulariis ab Euripo eius originem deducuntibus assentior, quæ à πεισῖς repetenda est. Octaua autem epistola dicit, itaq; ὀψέει cogito: se longissimè à discordiis ciuilibus, quas gliscere & serpere sentiebat, profugere vellè dicit: id enim verbum illud Græcum significat vsurpatum

Æschylo, ὀψέει ἡδὲ ἰσχυροῦς, quo fit vt illas editiones probare non possim, quæ pro Latine scribunt: nec verisimile est vnam ob syllabam Ciceronem voluisse bilinguem esse. Lego porò epist. 9. è veteri libro, sed non sine inuidia, ne sine periculo quidem. Obscuritatem penè hoc tempore ænigmati habet illud eiusdem epistolæ, Vtrum magis tumulis prospectuq;, an ambulatione à Arre-vâ delecter? quod Attico & omnibus illis Romanis proceribus Ciceronis familiaribus eiuq; que villas cognoscentibus expeditum erat & planum. existimo autè hanc sententiam eorù verborum esse, delecter ne magis Arpinate villa, quæ tumulos habet & colles, & ex eis vt speculis prospectum: an villa maritima quæ secundùm mare ambulationes explicatas habet? Illud etiam sic explicandum arbitror, minusculam verò villam utique Quinto traditurum, vel impenso pretio. rumorem esse, inquit, scribis me ad lacum quod habeo venditurum: sin minus, omnino tamen me minusculã villam venditurum: q; eam sibi vt vendam mihi sit Quintus vel immanissimo pretio persuasurus. immane em pretium impensum pretium dicitur.

Delector tumulis prospectuque.

Spadices & glauci equi.

Serta procul.

Quis caneret Nymphas.

Impensum pretium. Sed & impenso emere tacita pretij voce vsurpauit Horatius lib. 2. cap. 3. cum dixit,

Impenso. *Luscinius soliti impenso prandere coemptas.*

Eadem epistola lego, *Sin autem mansero, fore me quidem video in discrimine.* Illud verò epistola 13.

Hæresis Vestoriana. *perquam festiuum & perfacetum, de hæresi Vestoriana, & de Pherionum more Puteolano risisse me satis nihil est necesse rescribere.* vbi vel Vestorium iocose

sectam quandam scænoris aliam quam scæneratores Romanos Puteolis sequi significat, vt tanquam philosophorum, sic etiam scæneratorum plures sint disciplina: vel potius eius hæresin & sectam dicit esse scænus exercere, ad sectam philosophorū alludens. nam & alio loco Vestorium dicit iocans remotum à Dialecticis, sed in Arithmeticis esse satis exercitatum.

Feriones. Feriones autem vocantur hic ioculari voce scæneratores à feriendo: feriunt enim eos vsuris, quos obæratos habent. Ex quo & Persius scripsit satyra 4.

Si puteal multa cautus vibice flagellas.

Aut pheriones etiam nomen proprium scæneratorum aliquorum intelligemus. perlibenter autem aliquando legissem, & de scænoris more Puteolano. si quis etiam multitudinem audet, de scænorum. nam quin bellè ad sensum quadret, vix quenquā tam cerebrosum fore puto, quin in re tam clara malit assentiri, quam pertinaciter rixari. Illud etiam epist. 17. non satis aperum est, *postidic apud Hirtium, & quidem voridæney.* Sed cum hæc 5. Idus scripta sit epistola, puto eum dicere iduum reliquum triduum cū Hirtio acturum esse. id enim est quod quinque diebus iduum, qui effluerant iam, restat vt octo dies expleant: vel potius quinque reliquos cæsarianos intelligit, vel è quinque reliquos.

CAPVT VI.

Sermo ab summo, bibere ab summo, acinus, Vinaceus, claua, clauator.

Versus Enniani qui à Cicerone proferuntur in Catone maiore, quiddam habent quod, vt in vino, nobis ipsa verustate iucundū est & gratum: eorum tamen posterior vna curtior syllaba videtur, quæ excidit librario antiquitatis ignaro. Nam cum viai pro viæ dici solitum olim esse nesciret, nec videret quò referri hæc vox nisi ad verbum flexere posset, maluit versum mutilare, quam in exquirenda structura orationis laborare. ego autem cum sciam quo viai rectè & antiquo ritu dici, scribendum existimo,

Quo vobis mentes, rectæ quæ stare solebant

Antehac, dementes sese flexere viai?

id est, in quam viam se flexere atq; conuertere? Illud autè in eo libro mendosum arbitror.

Bibere ab summo. *Is sermo qui more maiorum à summo magistro adhibetur in poculo. nam magistro, quod in edititiis omnibus patet libris, in nullis, qui sub sera & claustris pro thesauro asseruantur, reperi. Cum que veteres bibere quadam coniuiali lege solerēt*

à summo ad imum vsq; decurrente inuitatione, quendam etiam in illa computatione inter pocula sermonem adhibebant: summus enim aliquis erat coniuia: Horat. lib. 2. sat. 8.

Summus ego & propè me viscus Thurinus.

& aliqui imi: Horatius ibidem,

Secutis omnibus imis.

Et à summo, magisterio quodam coniuiali bibebatur: Plautus in Afinar. Sc. Ain' tu meū. *Da puere ab summo age tu interibi ab infimo da suauū.* Ad eandem consuetudinē & illud Plautinum pertinere censuerim in Menæchmis, Sc. Iuuentus nomen fecit.

Standum est in lecto, si quid de summo petas.

Non præmittam hic monere, vbi legitur hodie in excusis libris, *Et contra auium minorum morsus munitur vallo aristarum: reperisse me in latebris bibliothecis, contra inimicarum auium morsus,* quod si non est comparandum receptæ formulæ, non tamen fortasse dedignandum: ac medi-

diusfidius, dignum habui quod in apertum proferrem, & à situ & puluere vindicarem. Acinum autem vinaceum ea dici forma censeo, qua gallum gallinaceum & cunilam gallinaceam dicebant. nam distinctionis gratia vinaceus ei velut appenditur, ne ambiguitate verbi fallamur, & acinum ebuli aut sambuci, aut mali punici intelligamus. Sibi, inquit, habeant igitur arma, sibi equos, sibi hastas, sibi clauam, sibi pilam, sibi venationes. Hæc exercitationū genera omnibus intellectu facilia sunt, præter quàm quòd claua ista nobis caput obtundit & cerebrum excutit. Sed militaris genus exercitationis commemorari existimo, quo se ad palum graui claua numeros omnes armaturæ implentes exercebant. itaque milites Romani seruos clauigeros habebant, qui apud Comicum Plautum in Rudente, Sc. Vtrum tu leno. & in Mercatore, Sc. Diuum atque hominum. clauatores appellantur. Illius exercitationis ita meminit libro 1. cap. 11. Vegetius, *Itemq; clauas ligneas duplicis æquæ ponderis pro gladijs tironibus dabant: coq; modo non tantum manè, sed etiam post meridiem exercebantur ad palos.* Iterum, *contra illum palum tanquam contra aduersarium tiro cum crate illa aut claua velut cum gladio se exercebat & scuto.* Apud Festum quoque libro 3. ita scribitur, *Calones militum serui dicti, quòd ligneas clauas gerebant. nam Græci ligna λάρνα vocant. Is quoq; qui eiusmodi telo vtitur clauator appellatur.* Eam

Claua. *porrò ad palos exercitationem palaria dicebant. Charisius lib. 1. Gramm. in tit. hæc palaria cum milites ad palos exercentur.* Verumenimvero in illo elogio Calatini, duo sunt Iambici catalectici, qui quinque pedibus & syllaba constant. quo fit vt consentium per synecphonesin pro tribus syllabis numeretur: & *virum fuisse legendū sit, hunc in modum, Vno ore plurimæ consentiunt gentes Populi primarium virum fuisse: aut vt in veteribus legitur, vni cui plurimæ.*

CAPVT VII.

Bonam spem præluere, Vxoriam conditio, facta impudent, apud Ciceronem.

Bonā spē
præluce-
re.

IN libro Ciceronis de Amicitia editum est, quod bona spē præluceat in posterum: vbi eruditi se in libris vetustis dicunt inuenisse bonam spem: quod ea forma dictum erit, qua apud Plautum in Curgulione, Sc. 1. Tute tibi lucas cereum, id est, præfers tibi lucentem cereum: vt si lucem lucere diceremus. Sic præluceat bonam spem, erit, velut bonam spem prælucentem & præfulgentem gerere & ostendere. non est igitur illa antiquitatis formula aspernanda, quæ & librorum testimonio & Comici exemplo defenditur. tamen quod receptum est etiam damnandum non est, vt locus iste accusandi & auferendi casui pro controuerso & litigioso relinquatur. Quod autem eo in libro scribitur, dirimi tamen interdum contentione luxuriæ, conditionis vel commodi alicuius: candorem non refert nec nitorem eruditi illius seculi. nam hic luxuriæ nomen significationem quandam ostendere videtur illi ætati ignotam. memini aliquando me in exemplari vel luxuriæ legisse, vt putem, in quo vitio frequentissimi sunt libri antiqui, literam disunctionis vltimam repetitâ adhæsisse initio vocis sequentis, qua detracta commodissime & elegantissime legeretur, contentione vel vxoriarie conditionis, vel commodi alicuius. distrahuntur enim amicitia adolescentium interdum, cum eandem vel virginem vel mulierem vxorem proci petunt. conditionem autem in nuptialibus & meretriciis amorum fœderibus poni, tam est omnibus notum, quam solem lucere. Hæc ita multa quasi fata impendere amicitia, ibidem etiam lego: vt amicitiarum calamitates & incommoda exprimat. nam fato nescio quid languidius & lentius minusque significans habet. neque verò hoc comminiscor, neque fingo, sed in cellulariis repertum libris, in apertum refero: in quibus etiam C. Blasius scribitur planè & dilucidè, vt & apud Plutarchum scribendum, nô in Gracchorum tamen vita scribitur apud eundem, vt & in Ciceronis editionibus. Iam cum scribit non esse virtutem immunem, significat eam non sibi tantum consulere, nec sui tantum ratione habere, sed in reliquos homines aliquid munificè solere conferre, & eam sua velut munia facere, beneque de aliis mereri. Vbi porro scribitur, quod si in scena, in qua rebus fictis & adumbratis loci plurimum est: si emendata scriptura est, nô est dubium quin non de theatralibus spectaculis, sed concionalibus consensibus dictum sit. Sed docti narrant sine vlla varietate legi in obsoletis libris & fugientibus, in scamna: nec ineptè profectò sic legeretur, quod si in scamna, in que rebus fictis. Scamna autem significarent confessum concionis: illic enim multas sedes, multa subsellia fuisse verisimile est: & Tib. Gracchus concionans fragmentis subselliorum occisus fuit, quod alia, vt puto, locus ille tela non suppeditaret.

CAPVT VIII.

Pater, mater, salij Hercules, gens truncis nata, Fauni, fatuarius, eternus, honor exors.

Pater nomen diuinitatis plerunque est, vt Pater apud Maronem & Georg.

Huc pater ô Lenæ veni.

& lib. 8. Æneid.

Tuq; ô Tybri, tuo genitor cum flumine sancto.

nam de deo Tyberino hoc dicit. & 3. Æneid.

Da pater augurium: eodem sensu accipio: tametsi Macrobius exquisitius quiddam reconditumque magis affert. Rursum 8. Æneid.

Et fortia corpora volues Tybri pater?

Est & dignitatis, vt eodem libr.

Cum pater in ripa gelidique sub ætheris axe

Aeneas tristis turbatus pectora bello. Ibidem,

Tum pater Aeneas puppi sic fatum ab alta.

Sic & mater diuinitatis est, vt Lua mater, mater Maruta: & dignitatis, vt ibid.

—castæ ducebant sacra per urbem

Pilentis matres in mollibus.

significari enim puto senatorias, nobiles, patrias mulieres, quæ sacerdotes erant. & lib. 4. apud Lucretium,

Namque ibi concessum caueai subter & omnem

Scenarum speciem patrum matrumque decorumque

Inficiunt.

hic patres & matres coniunxit, & à cauea cuneisque populi separauit, orchestram significans, vnde spectabant senatores & senatorum vxores. Et quia ex 8. Æneid. pleraque huius capituli decerpta sunt, ne aliunde partes mutemur, quibus hoc perficiamus, agere quæramus cur eodem libro Herculi Salios tribuat, qui tamen erant Martis Gradii. sic enim scribit,

Tum Salij ad cantus incensa altaria circum

Populeis adsunt euincti tempora ramis.

constat profectò è veteribus monumentis Saliorum auctorem fuisse Salium Arcadem, qui in Italiam cum Euandro venerat. igitur cum ante Romam condita ad aram maximam instituta fuissent ab Euandro Herculi sacra, verisimile est Salium tum ei choros instituisse. vrbe autem condita, ad Gradium Martem eos postea choros Numa, vt opinor, transtulit, Romanæ gentis auctore. Aliam affert etiam causam Macrobius lib. 1. Saturn. cap. 12. longè repetitam, quam qui volet sequatur. Fuere porro Saliorum duo chori, vnus senum, alter iuenum: Maro ibidem,

Hic iuenum chorus, ille senum.

At Lacedæmone tres chori erant: puerorum, iuuenum, senum. Cum autem eo lib. Maro scribit,

Hæc nemora indigenæ Fauni Nymphæque tenebant:

Gensque virum truncis & duro robore nata:

ad Homericum respicit versum:

Ὅτι γὰρ ἀπὸ τοῦδε ἵουσι παραλαβάντες, ἐπὶ ἀπὸ τοῦδε.

Vt & Cic. 4. Acad. cum scripsit, è saxo sculptus aut robore dolatus. Primos quoque Italiæ cultores & habitatores Maro intellexit terrigenas fuisse: sed & Aborigines ex eo vocatos aliqui narrant, quod non aliunde orti sint, deosque putant eorum locorum, & Nymphas ibi natas, & homines quoque nô aduentitia stirpe ea loca tenuisse, sed ibi editos esse. certè in antiquo lexico Aborigines exponuntur. In nemoribus;

Vxoriarie
conditio.

Fata im-
pendere.

Salij Her-
culis.

Gens trun-
cis nata.

Fauni. moribus autem Fauni oracula canebant: Varro libro 6. de ling. Lat. Fauni dij Latinorum: hos ver-
 sibus, quos vocant Saturnios, in fluestribus locis traditum
 est solitos fari. Faunus tamé à Græco deo qui *ωω*
 nominatur nomen duxit, & pro eo sæpenu-
 mero ponitur, vt in poetis obseruare licet: vt
 in Priapeis,

Fronte & comantes Arcadas vides Faunos.

Fauni autem vxor Fatua fuit, quæ furore cor-
 repta futura præcinebat, vnde & fatuarij ap-
 pellantur qui inspirati futura ariolatur, vt Iu-
 stinus libro 43. scribit. Iam æternum eo libro
 pro magno atq; adeò immenso posuit Maro,

Tum pater eterno fatur deuinctus amore.

& Curtius libro 4. eodem modo scripsit, Ablue
 corpus illuue æternisq; sordibus squalidum: quod for-
 tasse non ita videbitur reconditum, vt notari
 debuerit. Extra sortem donari honorificentis-
 simum & amplissimum erat: proinde ita li-
 bro 8. scripsit,

Honor
 exors.

Ducunt exortem Aeneæ, quem fulua leonis
 Pellis obit totum. & lib. 5.

—nam te voluit rex magnus olympi

Talibus auspicijs exortem ducere honorem.

& libro 9. —Ipsum illum chypeum cristasq; rubentes
 Exciperem forti.

Nam in vulgo videtur numerari, qui pari cum
 aliis forte æquatur, & in casum coniiicitur: sed
 cui non fortuna aut forte, sed iudicio & decre-
 to egregium munus tribuitur, ei demum exi-
 mius honos defertur.

CAPVT IX.

Vncus impactus, fatum, mors fatalis.

Vncus im-
 pactus. IN prima in Antonium oratione scriptū est,
 impactum fuisse fugitiuo vncum: quo gene-
 re pœnæ afficiebantur, qui ignominiosissimo
 supplicio interficiebantur, & vel in ignem, vel
 ad Gemonias scalas, aut in Tyberim trahebā-
 tur. Infigebatur autem gutturi, vnde à Iuvena-
 le saryra i. scriptum est,

—qui fixo gutture fumant.

& à Propertio lib. 4. eleg. 1.

Et bene cum fixum mento discussis vncum,

Nil erit hoc, rostro te premet ansa suo.

Vnco autem ad Gemonias trahebantur, aut in
 Tyberim, vt honore sepulturæ priuarentur,
 quo carere acerbissimum antiquis erat. Etiam
 in Barathro vnci erant, & abiecta in id cadaue-
 ra his adfixa hærebant in Barathro penden-
 tia. Sic enim in Suida scribitur, *Ἡ ἀφάρτου χάσμα τι*
φρατῶδες ἐστὶ καὶ ἀνοικτὸν ἐν τῇ ἀτλῆνῃ, εἰς ἃ τὰς λυαδὲρας ἔλα-
νον, ἐν ἧ τῷ χάσματι τὸ τῶ ἀφάρτου ὄγκιστοι, οἱ μὲν αἰῶν, οἱ ἧ λυ-
αρο. Scribitur in eadem oratione & illud, quod
 multis negotium exhibet, & à Gellio verbosè
 tractatum est, à nobis facillè aperteque vno ver-
 bo prope expedietur. nam cum ita scribit, *Mul-*
ta autem impendere videntur præter naturam præterq; fa-
tum: nihil diuersum naturæ & fati nomine si-
gnificari puto, sed vnum idemque declarari.
 itaque mors naturalis, mors est fatalis, cum æ-
 tate quis confecta extrema senectute moritur.

Fatum.

quæ enim mors immatura gladio infertur,
 nec fatalis est, nec naturalis. Id ex oratione
 pro Cælio intelligi potest, cuius in peroratio-
 ne sic scribitur, *Nolite iudices aut hūc iam natura ipsa*
occidentem, velle maturius extinguere vulnere vestro, quàm
suo fato. En disertè morti naturali & fatali op-
 ponit mortem vulnere illatam vel pœna irro-
 gatam. Alexander quoque Aphrodisiensis pa-
 lam non tam fatetur, quàm profitetur & cla-
 mar, fatum & naturam idem esse. sic enim lo-
 quitur, *λέπειται ἀφὰ τῆς εἰμαρμένῳ μὴ ἐν ἄλλο, ἢ τῆς οἰκείῳ*
εἶναι φύσιν ἰνάσθαι. Iterum, *αὐτὴ γὰρ εἰμαρμένη τὴ καὶ φύσις ἴ-*
αὐτή. Rursus, *ταῦτ' αὖ ἐν τῷ κατὰ φύσιν τῷ κατὰ εἰμαρμέν-*
ῶν. Rursum, *φαιδρότατα ἢ διόφραστο ἰάνουσι τὸν τῶν ὄν-*
τῶ κατὰ εἰμαρμένῳ τῷ κατὰ φύσιν, ἐν τῷ καλλιστόβου. Dion
 quoque fatum luculenta scriptura minimeq;
 ambigui sensus pro naturali morte vsurpat,
 ita scribens, *ἀλλὰ λέγω ἀποθανεῖν ἀνάγκη σοι γένεσθαι, μὴ*
τῶν εἰμαρμένῳ ἀνάμειναι, ἀλλὰ τῷ προσφθέντι θανάτῳ χεῖρασαι.

20

CAPVT X.

Agētes in rebus.

Agētes in rebus, à iurifconsultis memo-
 rati & ab historicis, satagere cogunt de-
 curias Iurifconsultorum & literaturæ pruden-
 tum: & tamen cum se cruciarunt, multum diu-
 que quærendo, adhuc quærent, nec ad verum
 coniectura euadere possunt. Vnum excipio
 Cuiacium, qui vt eximius, extra numerum est.
 Ego non is sum, qui putem aliis caligantibus
 me Lynceum esse: sed qui libenter in partem
 pro mea virili literas iuuare studeam. an autè
 sit irritum studium, malo alios existimare,
 quàm me meo suffragio prædamnare. quam-
 quam ita de me sentio, vt conatum meum me-
 liorem quàm operam putem, cum voluntas li-
 benter nitatur ad præclara, quæ præstare non
 potest industria. Sed vt vnde profectus sum re-
 deam: Agētes in rebus arbitror fuisse in mi-
 litia palatina, & velut armata, qui per prouin-
 cias speciebus annonariis, quæ silco aut vrbi-
 bus præstabatur ex canone aut indictione, con-
 uehendis portandisque præerant, vt canoni
 Romano, canoni Alexandrino, frumento mili-
 tari, atque eorum etiam officiorum annonis,
 quæ in Palatino erant comitatu, præsidebant.
 itaque diuus Hieronymus eos interpretatur
πυροφόροι, frumentarios & veredarios: & quia lo-
 cus insignis est, eum subscribam, vt tanti au-
 ctoris certa fide potius res stabilita confirma-
 raque teneatur, quàm nostra interpretatione
 dubia nutet & vacillet. Hoc enim, inquit, quod
 LXX. transtulerunt *πυροφόροι,* nos frumentarium verti-
 mus, iuxta antiqui sermonis eloquium. eos enim quos nūc
 agētes in rebus, vel veredarios appellant, veteres frumen-
 tarios nominabant. Etli autem erant in Palatinis
 officijs, vt indicat diuus Ambrosius in episto-
 la ad Marcellum his verbis, *Palatina omnia officia,*
hoc est memoriales, agētes in rebus, apparitores diuer-
forum commodorum: tamen munus eorum etiam
 in prouincijs erat, cum & in Imperatoris aula
 frumentationibus & annonis præessent, & in
 prouincia

Agētes in
 rebus.

40

50

60

provincia eandem rem curarent. quin & à Palatinis in Theodosiano codice distinguuntur his verbis, *Quicumque igitur inter agentes in rebus, vel inter Palatinos militiæ sacramenta sortiti sunt.* Iterum, *Sublimitatem tuam inuestigare præcipimus, an aliqui hæreticorum vel in scrijnijs vel inter agentes in rebus vel inter Palatinos, cum legum nostrarum iniuria audeant militare.* Latius tamen eorum fortasse officium minusque parèbat: ac si quis de iis plura cognoscere cupit, is Cuiacij Iuriconsulti principis nobilem Commentarium in Codicem legat. In perueteri lexico legi agentes in rebus exponi *μαγιστρων, μαγιστρων* autem Suidas explicat *μαγιστρων*, id est, vt opinor, castrenses. atque, vt hoc alienum additamentum adiiciam, in eodem lexico cancellarium inueni *ἀντιγραφία* exponi, quem contrarotulatore nostrum homines solent appellare. Hæc ego scripsi, non vt me summis Iuriconsultis opponerem, aliud ista de re sentientibus, sed vt tantum sententiam meam interponerem, si quem fortè inuenire posset, cui si non vera, saltem verisimilis videretur.

CAPVT XI.

Cænacula, habitare sub tegulis, tribus scalis habitare, cor, iecur, os pugilis, parastichis.

HOMINES Romæ mediocris fortunæ suarum ædium partem superiorem inquilinis locare solebant, imam sibi retinebant: sed & erant qui cænaculariam faciebant. Itaque pauperes cænacula conducebant, cum in suo non habitarent: Iuuenal. satyr. 10.

— *rarus venit in cænacula miles.*

Horatius epist. 1. lib. 1.

— *quid pauper? ride, cænacula mutat.*

Prudentius lib. 1. contra Symmachum,

Omnis qui celsa scandit cænacula vulgus.

Qui autem omnium tenuissimi erant, cænacula tegulis proxima conducebāt: Iuuenal. sat. 3.

Vltimus ardebit, quem tegula sola tuctur

A pluuia, molles vbi ponunt oua columbæ.

Suetonius de Orbilio in lib. de illustr. Gram. Namq; iam per senex pauperem se, & habitare sub tegulis quodam scripto fatetur. Et in epigram. de Valerio Catone grammatico,

Quem tres coliculi & selibra farris

Racemi duo, tegula sub vna

Ad summam propè nutriant senectam.

& Martialis lib. 1. epigr. 162.

Et scalis habito tribus, sed altis.

significat enim se vltimo cænaculo habitare sub tegulis. Cor esse Latinis prudentiam & sapientiam, cognomen Corculi satis ostendit: & versus Ennij apud Cic. 1. Tusc. & 1. de Orat.

Egregiè cordatus homo, Catus Aelius Sextus.

Iecur etiam in eadem significatione poni animaduerti in epigrammatis de eodem illo Catone grammatico, clausula ista,

En cor Zenodoti, en iecur Cratetis.

Sed nec illud in Persio satyra 1.

Neq; enim mihi cornea fibra est.
ab alia origine & mente est, cum in iecore fibræ sint. Ita alterum ab altero illustratur mutua quadam claritate. In eodem Suetonij libello extat in M. Pomponium Marcellum epigr.

Qui caput ad læuam didicit, glossemata nobis

Præcipit, os nullum, vel potius pugilis:

in quo pugillatus ei obiicitur. solent autè pugiles, cum dextra aduersarium petere soleant, caput ab ictu in læuam longius deflectere, ne feriantur: Maro,

Abduxere retrò longè capita ardua ab ictu.

& quia tuber plagis & deformatū tumidumque redditur eorum caput, vt Artemidorus scribit libro 1. interdum etiam sic malè multantur, vt exossetur eius aliqua pars, effodiaturq; oculus, vt scribit Galenus in exhortatione ad bonas artes, & libro 2. epigram. Græcorum lepidè exponitur: idcirco addidit, *os nullū, vel potius pugilis.* in quo etiam ei obiicitur impudentia & inscitia literarum. Non dubitem autem quin in eo Suetonij aliquoties hoc capite à me appellato libello, vbi differit cognomen Aurelij Opilij ab ipso Opilio per duplex p scriptum fuisse, cum alij per vnam literam p scriberent, *Parastichidem libelli legere oporteat.* nam

Parastichis, quæ inoleuit in libris, quid sit, consulendus est Apollo, aut si quis est Apolline vate doctior: mihi quidè in eo aqua hæret, vt & in eo quod in eodem libello lego, *Librum etiam cui titulus est Perialogos, edidit, continentem querelas de iniurijs, quas professores negligenter ab ambitione parentum acciperent.* ne tamen inconsultos à me rursus ad Apollinem dimittam, audebo scribere magno nominis periculo: vt & pro Sigida Ticida. Ioanni tamen Aurato literarum Latinarum & Græcarum peritissimo videbatur scribi debere. hoc tanti viri iudicium prætermittere aut suppressere non debui, quod non solum sententiæ meæ, sed aliorum multò literatiorum opinioni etiam anteponerem. Succurrebat & non inconcinne Orbilius de professorum stultitia, qui negligerent iniurias quas à parentibus acciperent: quem sensum & *ὀψὲ ἀδύγῃ* facit.

Os pugilis.

Parastichis.

CAPVT XII.

Genius, Victoria pennata, dracones quibus sacri, hora Lucina.

GENIJ non solum erant hominum, sed etiam vrbiū, coloniarum, locorum: Maro 5. Æneid.

Incerti Genium ne loci famulū nve parentis esse putent.

Heroibus autem sacer erat draco, vnde serpenterem famulum parentis vocat Æneas eo in Æneidos loco, & locorū genij vt serpentes pingebantur, sicut ex eo Maronis loco coniectura est, & Persio satyra 3.

Pinge duos angues, pueri sacer est locus, extra Meite.

Genius.

Quan-

Cænacula

Habitare sub tegulis

Habitare tribus scalis

Cor

Iecur

50

40

60

Dracones
quibus la-
cri.

Quanquam, vt Artemidorus ait, sacer erat dra-
co Ioui venerando, Soli, Cereri, Proserpinæ,
Triuiæ, Æsculapio, heroibus, vt eo picto sacrû
ex eo locum augurari possimus, qui tot numi-
nibus sit consecratus. Saryr. 8. lib. 1.

— serpentes atque videres

Infernas errare canes,

dixit Horatius, veluti significans comitatum
Triuiæ, vt & apud Maronem 6. Æneid.

— visæq; canes vlulare per vmbam,

Aduentante dea.

nam & Dianæ, quæ est eadem Triuia, canes tri-
buuntur, & noctiuagæ Triuiæ etiam nocturnæ
canes, quas furias quidam interpretantur non
infcitè. Apollonius quoque eius canes *χρῆσιμους*
λύκους vocat. Hecataæ canum mentio quoque est
apud Orpheum, *σάτυροι ἢ σκυλάκων ὑπότροποι.* & apud
Tibullum lib. 1. eleg. 2.

Sola feros Hecates perdomuisse canes.

Sed ad Genium redeo: vrbium erant Genij, 20
vnde Symmachus scribit, *Varios custodes vrbibus*
mens diuina distribuit. In quo à Prudentio deliræ
religionis propugnator meritò his versibus
obiurgatur,

Iam primum quid sit Genius, vel qui status illi
Competat, ignoro: & quid possit, & vnde oriatur.

Iterum,

At tuus hic vrbis Genius dicas volo, quando
Cæpit adhuc parue primum se infundere Romæ?

De genij multorum etiam locorum sic idem 30
scribit Prudentius,

Quanquam cur genium Romæ mibi fingitis vnum?
Cum portis, domibus, thermis, stabulis soleatis
Assignare suos genios? perq; omnia membra
Vrbis perq; locos geniorum millia multa
Fingere?

Rurfus de Genio vrbium & populorum idem
ita tradit, — *Fataliter vrbem*

Sortitam quonam genio proprium exigit æuam.
Cunctis nam populis, seu moenibus inditur, inquit, 40
Aut fatum, aut genius nostrarum more animarum,
Quæ sub disparili subeunt noua corpora sorte.

Victoria
pennata.

Victoriam deam vetustas pinnatam & alige-
ram pinxit, vt è cælo deuolantè ad eos, quos
suis ornare successibus vellet. hinc Aufonius
epigram. 1.

Tu quoq; ab æthereo præpes Victoria lapsu.

& eodem libro Prudentius,

Marmoreo in templo rutilas Victoria pennas

Explicit, & multis surgat formata talentis. 50

Id eo scribit, quòd aureæ aur auratæ victoriæ
plerumq; ponerentur, quas & quædam etiam
simulachra interdû suis manibus sustinebant:
Cic. lib. 3. de nat. deor. Idem victoriolas aureas & pa-
teras coronasq; quæ simulachrorum porrectis manibus
sustinebantur, sine dubitatione tollebat. Puella autem
formabatur, vt Prudentius ait, pennigera, pexo-
crine, nudo pede suspensa, strophio reuincta,
finu vestis fluitante. Vt Lucina dea est Diana,
quæ parientium nixus iuuare credebatur, &
partus virales in lucem producere: ita & per
adiectionem Lucina hora à Prudentio dicto li-
bro hora lucis & vitæ dicitur,

Lucina
hora.

Et qui Lucinas tribuo nascentibus horas.

quod annotare placuit ipsa nouitate admi-
randum & insigne. Certum esse senatorum nume-
rum oportebat, consentientiū, vt legitimum
senatusconsultum fieret. cum enim ordo infre-
quens erat, nec numerum legitimum imple-
bat, per infrequentiam senatusconsultum fieri
non poterat, aut cum frequens, nisi ad certum
numerum consentirent in vnam sententiam.
10 ea de re ita scribit lib. 1. contra Symmach. Pru-
dentius, qui & trecentorum numerû definit:

Hic consulta patrum subsistere conscriptorum

Non aliter licitum prisco sub tempore, quam si

Trecentum sensisse senes legerentur in vnum.

CAPVT XIII.

Consilium, frumentum semisibus & trientibus,
sitellam deferre, cistas deijcere, pœna par-
ricidarum: apud Cornificium lib. 1. ad Heren.

IN libris Cornificij ad Herenium de Trans-
latione, legimus eam in iudicium non ve-
nire, sed in senatum, aut ante Imperatorem, &
in consilium: proinde solet quæri quod illud
consilium sit. ego consilium illud intelligo, 15
quod more maiorû Imperatori rem militarè
administranti solebat adesse: Sallustius in bel.
Iugurth. de Metello Imp. ita more maiorum ex con-
siliij decreto per legatos Iugurthæ imperat argenti pondo
ducenta millia. Iterum, Igitur Rex vt constituerat in ca-
stra venit, ac pauca presenti consilio locutus. Eodem
in libro lex de semisibus & trientibus erat,
qua populo in magna vilitate annonæ ex hor-
reis publicis frumeti modius triente dabatur:
in arctiore & grauiore annonâ, semisse: vel po-
tius ex lege Gracchi populo modius semper
semisse & triente dabatur, id est, non toto asse.

Consiliū.

Frumen-
tū semisse-
bus & tri-
entibus.

Asconius, vt frumētum populo quod antè semisibus &
trientibus in singulos modios dabatur, gratis daretur.
Quod autem additur, Saturninus ferre cæpit: Colle-
gæ intercedere: ille nihilominus cistellam deferre: vereor
ne legendum sit sitellam deferre: vt lib. 1. de natur.
deor. vt igitur T. Gracchum cum videtur concionantem
in Capitolio videre de M. Octauio deferentem sitellam. &
apud Asconium in oratione pro Cornelio, dum
sitella defertur. Sitella enim significatur, qua qui
legem ferebat, fortiebatur tribus, vt eas in suf-
fragium mitteret. In cistas autem populus tab-
bellas sui suffragij mittebat p pontes transiēs.

Sitellam
deferre.

50 mox ergo scribitur, Pontes disturbat, cistas dis-
citas dis-
ijcere.

multi autem pontes erant multæq; cistæ, cum
multæ essent tribus. Sitellæ in fortiendo men-
tio est in Casina Plauti, Sc. Tace Chaline. & in
vetustæ legis fragmento, cuius mihi fecit co-
piam Petrus Daniel, Ad sitellam sorti veniet, is in cā
sitellam manum demittito. Iterum, Sortem ex hac lege
apertam brachioq; aperto literam digitis optam. Mul-
tis etiam minacibus senatusconsultis solebat
addi ad extremum clausula aduersus eos, qui
quod contra decretum summi ordinis tenta-
rent, vt & munitiora eius consulta essent, &
deterrentur audaces & improbi, quæ in eo
etiam

etiam loco posita est, *Senatus decreuit, si eam legem ad populum ferat, aduersus Rempublicam videri eum facere.* Sallustius in oratione Cæsaris, *Qui aliter fecerit, Senatum existimare eum contra Rempublicam & salutem omnium facturum.* In lege xij. Tabularum quæ ibi refertur, *Si furiosus existet, agnatorum gentiliunq; in eo pecuniaq; eius potestas esto: Existit nimis ingeniosè & subtiliter nonnulli putant valere quod *Βιραδρα* Græci dicunt, quod est mente motum esse & de potestate exisse, cum sit, apparet, incipit esse, quod 3. Tuscul. sic explicatur, *Itaque non est scriptum si insanus, sed si furiosus esse incipit.* Agnati autem sunt, qui sunt eiusdem stirpis, familiæ & cognationis: qui si desint, tum deniq; gentiliun & aliorum propinquorum potestas est in eo. gentilitas enim agnationem continet, latiusque patet, & ad alias familias, eiusdem tamen sanguinis & nominis, porrigitur. sic patrisfamiliâs intestato mortui familia pecuniaque agnatorum & gentiliun 20 est. Vt illis, qui perduellionis dånati à duumuiris fuerat, caput obnubebatur, ita parricidæ os lupino folliculo obuoluebatur, vt eo in Cornificij libro scribitur, credo quod indignos censerent, qui communi spiritu luceque fruerentur: lupinum esse folliculum voluerunt, feritatem significantes eius, qui necem atrocem & acerbam sua manu parenti obtulisset. Sed & soleæ lignæ inducebantur parricidarum pedibus, ne communi hominũ reliquorum 30 è corio calceatu vteretur, neu calceamenta quibus homines vti solerent; polluerent si ea pedibus suis calcarent, neu terram tangerent pedibus nudis, omnium parentem communem. sed & sensus expers & omnis humanitatis & durus ac asper vereque ligneus eo ipso significabatur parricida. Licet & adsignificationem quoq; aliquam habere simiam, serpentem, & gallum gallinaceum: neque enim sine causa cum parricida culeo insuebantur. & Cicero pro Roscio pœnâ parricidarum interpretatur: locum petat qui cognoscere cupit: quanquam vix quisquam est cui non sit notus. C. Pompilius à Gallis obsessus, qui eodem scribitur Cornificij libro, videtur esse C. Popilius cognomento Lænas: itaque Popilius libentius legerim. Pauca ista velut prætereuntes ex eo libro annotabamus, quæ bonis iuuenibus vtilia esse optabamus magis, quam fore confidimus.*

CAPVT XIII.

Catullus in epithalamio Pelei explicatus, comitia vrbana militaria, communia, decuriata, bolones, bolonæ, arulatores, conciones.

Catullus explicatus.

Catullus epigr. 1. Nepoti Cornelio suum nuncupans libellum, eum dicit tribus laboriosis chartis omne æuum explicasse, quod 60 interpretor de Chronicis Nepotis, quorum Aufonius meminit. in chronicis autem suis etiam Catulli, vt optimi seculo suo poetæ, me-

minerat. is mentione sui honorifica delectatus libelli nuncupatione officiosè gratiam retulit bene merito. Sed quoniam Catulli mentio incidit, venit in mentem mihi sæpenumero quærere, cur tam operosus & tam numerosis versibus in epithalamio Pelei vestem & eius argumentum descripsisset. mihi enim ridiculum videbatur plus ab eo operæ consumi in accessione operis quam in opere ipso: cum nec vestem quidem magnopere ad nuptias pertinere putarem. Sed & mea calumnia Catullum, & me dubitatione omni liberauit Arnobius, apud quem animaduerti, solenne fuisse morisque antiqui, vt nuptiis lectus genialis toga sterneretur, quæ tamen consuetudo eius ætate iam pridem exoleuerat. Eius verba sunt libro 2. aduers. gent. *Cum in matrimonia conuenitis, toga sternitis lectulos, & maritorum genios aduocatis.* quanquã vestis stragula picta apud Catullum potius describitur. Placet ex arena funem netere, & supplementum huic capiti ex eo Arnobij loco petere. appellat comitia centuriata, militaria, quod populus more militari centuriatus sit: vrbana, curiata. curiæ enim erant vrbani populi: communia, tributa, quod ex totius populi tribubus fiebant: erantq; non propria tantum vrbani populi, sed etiam rustici & suburbanii. Eius verba subiungam, *Nunquid magistratus per populum creatis? militaria, vrbana, communia quæ sunt comitia scitis?* Apud Priscianũ quoque in libro de ponderibus & mensuris, decuriata comitia nominatur: sed ea esse existimo, quæ largitione & corruptela deprauata sunt, partibus quibusdam populi decuriatis. Iuppiter supremus cum eo libro dicitur, summus ille deorum imperator qui in arce cœli regnat significatur, ad discrimen Plutonis, qui Iuppiter Stygius vocatur: Maro lib. 4. Æneid.

Sacra Iouio Stygio quæ ritè incepta putauit.

40 Arnobius libro secundo aduersus gentes, *Iuppiter tam supremus quam Stygius.* Christum quem Seruatorem nostrum & Saluatorem verbo ecclesiastico cognominamus. Arnobius ibidem sospitatorẽ appellat. vt, inquit, *ante horas quemadmodum dicitis pauculas sospitator ad vos Christus cœli ex arcibus mitteretur?* Corpusculum hoc, quo tanquam loculo animus inclusus tenetur, non ineleganter ab Arnobio folliculus vocatur, his verbis: *Nec in caruncula huius folliculo constitutis 50 opis aliquod sponsum est: id est, in hoc corpore, vt interpretor. Muccinium videtur apud eum esse linteum quo exceptatur nasi muccus. vt enim à vacca vacciniũ, sic à mucco mucinium deduci videtur. Mithra, inquit, strophium, fuscia, puluimus, mucinium.* quanquam scio non deesse qui succinium, & qui saccinium me refragante vehementer emendent. Quod sacco vinum veteres eliquabant, quod & saccare dicebant, hinc per similitudinem non inamœnam, in re tamè parum honesta, factum est, vt cum vesica coli vinarij vel sacci speciem habeat, vrina liquoris transmissi, lotium saccatum diceretur: quod & è libro 4. Lucretij aliàs annotamus, &

Comitia centuriata, militaria, communia, decuriata.

Mucciniũ

nunc Arnobij auctoritate magis illustramus, si quis Lucretij emendatione forte in dubium reuocet: eius verba sunt, *Inter stercoris hos vires, & saccati obscenissimas serias.* Sed qui in eo sint volones? Scio volones vocatos bello Punico voluntarios milites e seruis, quod exemplum postea retulit Antoninus philosophus. sed ad hunc locum nihil ista notio pertinet. An potius sunt qui vltro ad gladium ferrumque se lo

Bolones.

cabant: putarem, nisi salinatores antecederet. quid si *bolones* legamus, a bolis piscium? nam sic tabernae cetariorum dicebantur. Donatus in Eunuchis Terentij, *Cetarij*, inquit, *sunt cete, id est magnos pisces venditant, & bolonas exercent.* Reperi & in antiquo Lexico, cuius iuuenis studiosissimus Petrus Daniel mihi fecerat copiam, *bolonas* disertè explicari *μπαλας* & *παλαστας*, id est propalas. Non admodum dissimilis est arulator vel arilator, qui *μπαλοδω*

Bolona.

explicatur, nomenque habet ab arula, id est foculo, quo cibos coquit, *αροδω* que & *αροδο* explicatur in Lexico Latinograeco. Dicitur & *coctio*, a coquendo: nam in antiquo quoque vocabulario cocionem arilatores exponi reperi. Festo *coctio* dicitur quasi cunctio, a cunctando, qui cunctanter emit quod postea vendat, vt sit *αροδο* & *μπαλο*. Igitur sic & *cetarij* vocabantur, qui bolos faciebant & venditabant. Sunt & *boleones* Graecis sterquilinia. Subnectit Arnobius, *Coquos, panchrystarios.* in quo panchrestarios legendum suspicarer, ab vnguento panchresto, nisi iam ante vnguentariorum mentionem fecisset: ego igitur libentius *coquos, panifices, crustarios* legerim. nam a *crusto* & *crustulo* *crustarius* & *crustularius* artifex eius panificij vocatur. vel panchrestarios medicamentarios & pigmentarios acceperim, qui medicamenta & remedia omnibus valerudinum generibus accommodata conficiunt, splendido & magnifico promisso, si effectus responderet: tales sunt antiodoti apud Nicolaum & Galenum. putem tamen potius per similitudinem intelligi artifices operis dulciarij, vt ad omnia utilis & commodi: Saluianus libro 6. *infantes quoque & omnes ferè paruulos, contumaces, quos morigeros minime & seruile non efficiunt, interdum panchresta atque blanditiæ ad obedientiam trahunt.*

Arulatores.

Cocio.

dam enim, vt spero, elegantissimum & nitidissimum scriptorem Curtium grauitè deliquisse, nominis communionè & societate deceptum. cum enim Cilicia regio sit finitima Syriæ, & altera heroicis temporibus esset propinqua Cariae ad Caicum vsque, quam postea tenuerunt Adramitteni, Atarnitæ & Pithanej, in qua Homerus Lyrnessum urbem & Thebas fuisse scribit ab Achille euerfas, Curtius eas vrbes in illa altera Cilicia collocat, quæ prope Amanum est, ita libro tertio scribens: *Monstrantur vrbiū sedes Lyrnessi & Thebes* (sic enim scribendum puro, non *cebesti*.) *specus quoque & corycium nemus.* Homerus autem scribit,

Curtius castigatur.

Δεφνισσὸν διὰ τὸ πρὸς ἡσας ἡδὲ τὸ γὰρ δὲ βίης.

Quod si quis Curtium ab errato vindicare velit, necesse est culpam conferat in diligentissimum geographum Strabonem. Stephanus Lyrnessum in Troade collocat, Plinius, vbi & Strabo, ad Euenum flumen. *Flumen*, inquit, *Euenum, cuius in ripis intercidere Lyrnessus & Miletus.* quanquam idem ad Cataractem in Pamphylia Lyrnessum etiam urbem metatur: quam ve reor ne ipse condiderit. Certè non est ea quam scribit Homerus, significatque Curtius: cum præsertim eam cum Thebis coniungat, quæ sitæ erant in Cilicia Hypoplacia prope Troiam, vt Stephanus & Strabo auctores sunt: & earum vrbiū vestigia sedesque ostentatas fuisse Curtius dicat, vt delatarum, & à Plinio libro octauo, capite quinto, urbem constet vt superflitem tradi. Fabio sententia vitiosa videtur quæ nimia est, vt de viro forti, bella vmbone propellit: parum tamen abest quin eodem genere sit vsus Curtius: sed hoc interest, quod nec de vno dicit, nec bella propelli scribit, sed aciem. Bellum enim propelli vmbone affectatè dictum est & superlatè, præsertim ab vno. Proinde quod in Fabiano exemplo vituperationem meretur, laudem meretur in Curtio ita libro tertio scribente, *Totam aciem suo pauore fluctuantem vmbonibus posse propelli.* & in Valerio libro 3. capite 2. de quodam Cæsaris milite quod scribitur, *Ad vltimum destricto gladio audacissimum quemque modò vmbonis impulsu, modò mucronis ictu depellens.* & in Martiale libro 5. epigram. 93. *Cunctos vmbone repellet:* meritò laudi ducendum est. Id eò dico, ne quis temerè & ambitiosè, quod mirandum sit, ingenio indulgens suo & ostentationi, reprehendat, & vt intelligant homines me non libentius reprehendere, quàm defendere, cum vnum accusarim eodem capite, & tres defenderim.

Lyrnessus.

Vmbone propellere.

CAPVT XV.

Vocatur in disquisitionem locus Curtij de Lyrnesso, vmbone propellere.

IN nos acerbos plerunque censores experimur, si quid in antiquitatis literis à nobis humanitus ignoretur: nec nobis venia dari solet, quæ tamè præstò est antiquis auctoribus, si quando quid tale eis obrepat. quin & cum in manifesto errore à nobis deprehenduntur, nihilominus omnibus modis excusantur. Nec verò me ista falsò criminari quis putet: ostendunt

CAPVT XVI.

Ast ego quæ diuū incedo, firmare omen & augurium, Stant terra defixæ hastæ.

Ast ego quæ diuū incedo regina, Iouisq; Et soror & coniunx

Ast ego quæ diuū.

En. cū cantatur, semper arbitratus sum plus aliquantò

aliquantò latere, quàm statim à nobis animad uerteretur: tandem autem ex Athenæo cognoui, insigni quadam maiestate incessus veteres existimasse Iunonem procedere, quo respexisse poetam iudicauit. Nam Athenæus ἡγήσασθαι βασιλίστην, id est, Iunonio incessu ambulat, pro grauitate quadam & magnificentia incessus dixit: vt & Propertius lib. 2. eleg. 2.

— *incedit vel ioue digna soror.*

Eum fortasse incessum etiam imitabantur qui eius sacra ferebant: vnde & Flaccus satyra 3. lib. 1. scripsit,

Sæpe velut qui Iunonis sacra ferret:

quod tamè propter dignitatem sacrorum tantæ deæ, & propter pompam potius fiebat. Ea porrò sacra ferebant puellæ, vt ait Ouidius libro 3. Amor. eleg. 12.

More patrûm sanctæ velatæ vestibis albis,

Tradita supposito vertice sacra ferunt.

Quantum & aliàs sacra etiam omnia tardo gressu ferebantur, & vt ait lib. 1. de Offic. Cicero, fercula pomparum. Subiiciemus & alium Maronis locum, quem & à Grammaticis excussum, quid vetat etiã à nobis explicari, præsertim cum exemplis idoneorum scriptorum id confirmaturi simus, quod Grammatici nobiles pro suo velut iure sumunt? Omen vnum & augurium non videbatur Romanis hominibus fatis habere ad persuadendum fidei. proinde ad confirmationem prioris augurij, secundum poscere solebant: hinc à Marone scriptum est 2. Æneid.

— *si pietate meremur,*

Da deinde auxilium pater, atq; hæc omina firma.

Cicero in Mario, 1. de Diuinat.

Sic aquilæ clarum firmavit Iuppiter omen.

Silius Italicus lib. 4.

Adsis o firmesq; tuæ pater alitis omen.

Nam in Cicerone antecedit,

Partibus intonuit cæli pater ipse sinistris.

In Marone mox sequitur,

Vix ea fatus erat senior, subitoq; fragore

Intonuit leuum.

Hinc igitur satis intelligi arbitror quid sit firmare omen, quod tamen in Silio videtur esse, nõ alio omine confirmare, nullum enim præterea succedit, sed euentu factisque id quod augurium portendit promissitque, præstare. Ne illud quidem tacitum prætermittendum, *Stant terræ defixæ hastæ*, lib. 6. Æneidos scriptum, quod ex antiquorû consuetudine intelligendum est, qui posteriorem partem hastæ etiam præpilabant ad defigendum humi, quam ἑσπάρη Græci & σπάρη & σπάρηρα appellabant: Homerus ἑσπάρη δὲ σφίη ἑστῆ ἡδὲ σπάρη ἕσθη. quod Aristoteles sic explicat, ἑστὰ γὰρ τῶν ἐσθμῶν ἡσπάρη ἡδὲ νῦν ἰνδουσί. ita Aristotelis ætate iam ille mos exoleuerat: sed poetæ studiosi venustatis & rerum non perinde vsitatarum, ad admirationem talia captant, & in vsu reuocant. Quo fit vt ista diligenter plerunque conquisita à Grammaticis & callidè obseruata, magno labore homines liberent.

Firmare omen & auguriû.

Stant terræ defixæ hastæ.

CAPVT XVII.

Ficus pingues, sicca, luto plantam euellere, cæna deum, & quedam in Horatio lib. 2. satyrarum emendata.

MERVS ostentator erat & mendax infolensq; iactator Horatianus ille Nasidienus, qui cum pessimas adpõneret epulas, eas tamen immodicè impenseque laudibus efferebat. Is cum iecur anseris ficis pasti, quod *ουνορύ* à Græcis, ficatum à Latinis vocatur, sciret in delitiis haberi, quod apposuerat vt eorum delicias & lautitiem superare videretur, mentiri est ausus non quibuscunque vulgaribus ficis, sed pinguibus faginatam fuisse. Sic enim Flaccus lib. 2. cap. 8. scribit,

Pinguibus & ficis pastum iecur anseris albi.

Fici enim pingues & plures sunt, & succi melioris & abundantioris, de quibus apud Plinium est mentio libro 23. capite 7. his verbis, *Carcinomat, si sine vlcere est, quàm pinguis simam ficum imponi penè singulare remedium est.* Vulgares autem fici & caricæ, sicca sunt, minorisq; pretij. Siccarum meminit Plinius libro 23. capite 7. his verbis, *Sicca fici stomachum ledunt.* Et vt ex Horatio suum hoc caput velut syrma spatiosum trahat, cum satyra præcedente scribit,

Iam mæchus Romæ, iam mallet doctus Athenis

Viuere:

si fileam quod in araneoso situque pleno legi libro, peculiare videatur, tam mallet doctor Athenis: vt eû dicat tam inconstantem incertumq; sententiæ fuisse, vt modò mæchari, modò decere vellet. Equidem doctus illud non moueo loco, puto tamen mihi fraudi non futurum, quòd aliud quiddã me reperisse dixerim. Vertunnis autem ea satyra legendum arbitror, non Vertumnis, vt Portunnus, Saturnus, Neptunus dicitur. In eadem satyra scriptum est disertè, ac prior illo: non vt publicatum est, ille: nec mehercule inepto sensu, quòd dicitur illi antepõnendus. hoc etiam monentis tantum non statuentis more dico. Hoc autem satyra 6. eiusdem libri elegantius & verius fuerit, *Romæ sponsorem me rapis: non Roma.* etenim quibus Romæ negotiis implicatus & impeditus soleat esse, scribit: quibus ruri quòd careat, se fœlicem & beatum putat. Ibidem etiam pari constantia & adseueratione illud affirmandum,

Ne prior officio quisquam respondeat vrge.

quis enim hoc non malit, quàm vrge: neque tamen hoc excogitatum proferimus, sed ex antiquis libris prolatum edimus. Cæterum cum satyra 7. ait,

Ne quicquam cæno cupiens euellere plantam,

ad prouerbium Græcum alludit, *ἡνὲς πηλὸν πόδιον ἔχει:* quod est, extra lutum pedes habes. de his qui alicundè se expedierunt, & è molestia euaferunt. Satyra 6. exclamat Horatius,

O noctes cænaq; deum:

suas frugi modicasque sed iucundas & suaves cænas comparans epulis, quæ in honorem

Fici pingues.

Ficus sicca.

Luto plantam euellere.

Cæna deum.

umbone obuios agens. quo sanè in loco de clypei orbe simpliciter accipiendum est. atque hoc genus dicèdi paulò antè attigimus. Idem Martialis lib. 3. epigr. 20.

Phædrus.

An emulatur improbos iocos Phædri?

hoc ego de Epicureo Phædro, cuius apud Ciceronem mentio non infrequens est, audiendum arbitror, non de eo philosopho de cuius nomine nobilissimum sermonem inscripsit Plato. Illud autem epig. 25. eiusdem libri,

Veterno resinaq; pigriores:

de mendacio doloq; compertum quidni eratur? Nam & veterni nomen primam corripit: cum hac religione phalecum scribat Martialis, vt à procera semper syllaba incipiat: duq; autem in resina literarum comprehensiones quæ antecedunt, tendi etiam non corripit solent. Itaq; quidam non inscitè remoram subiiciunt. ego propius ad scripturam antiquam, *Veientone asinoq; vel asinaq; pigriores,* scribendum arbitror. Tarditas autem asinarum nota est: & de Veientone scribit Iuuenalis satyra 6.

—hic Sergius idem

Accepta rude cœpisset Veiento videri. & saty. 3.

Vt te respiciat clauso Veiento labello.

erat iste obesior fortassis, aut certè natura pigrior & deformior. In Iuuenale satyr. 8. eodem modo scribendum est, — *quid resinata iuuentus:* non, *quid enim,* ne duæ syllabæ natura longæ inuitis omnibus corripiantur.

CAPVT XX.

Circumcæsurâ, arte madere, in Lucretio libro 4. empeneticam facere in Cicerone.

IN Lucretio lib. 4. vbi amatorum increpatur stultitia in amicarum vitii cæcutientium, vel ea ipsa extenuantium, aut etiam amplectentium, scribitur in editionibus,

τοχρὸν ὀφθαλμίου tum fit, cum viuere non quit.

Eromenion.

sed scriptorum librorum antiqua literatura vtiq; placet, *τοχρὸν ὀφθαλμίου*, vt sit amicu tenuis & gracilis: vt enim à Glyceria fit per diminutionem Glycerium, sic ab ὀφθαλμίου quæ est amica, eromenion blandimento diminutione accersito: quod & Lambino viro imprimis erudito placet. Eodem autem in loco iam pridem emendatum fuerat *χαρὶ τῶν μύσων*: & eodem libro iam pridem obseruaram, circumcæsuram esse, quam Græci *περικυκλίω* vocant, id est formam, figuram, circumscriptionem, vt & apud Arnobium libro 3. Et quod indignius multò est, terrenorum corporum circumcæsurâ finitis. Emendandum quoque eo libro reor, quocunque obuertimus æris. nam è Plinio & Aristotele scimus antiquorum specula ærea fuisse. Illud etiam sic lego,

Fit quasi vt ad tornum saxorum structa tuantur:

quod antiquis libris acceptum ferimus.

Scilicet arte madent simulachra & docta vagantur:

Arte madent.

in integris librorum monumentis conseruatum reperimus, nõ vt in degeneribus editionibus, *arte valent:* vt enim arte imbui dicimus,

sic & arte madere, honesta eademque translatione Romanos veteres dixisse defendimus. Sed vt illud Græcum in Lucretio verbum subsidio librorum vetustorum emendamus: ita in græco quodam apud Cælium reponèdo coniecturæ nostræ liberius indulgebimus: tantum precamur, vt venia tribuatur audaciæ. Ideò dicimus, quia vt coniecturam nostram nobis velut inuitis foras erumpentem retinere non possumus: ita ei non perinde confidimus. scribit igitur Cælius epist. 1. lib. 3. famil. *Ego qui scirem Qu. Pompeium Baulis embeneticam facere, & vsque eo, vt ego misererem eius esuriei, nõ sum commotus.* huic vocabulo *embenetica* nullus est nec in latina nec in græca lingua locus: etsi græcam refert originem, sed deriuatione falsa. non enim huiusmodi nomina à verbis orta formantur à præsentibus: & alioqui hoc sententiæ parum conuenit. Ego igitur vna litera commutata *empeneticam* lego: vt eum dicat esurientem esuritionis artem Baulis facere, & vsq; eo, vt esuriei eius misereatur: vt enim Græcè dicitur *ἐμπενετικὸν* pro *ἐσχυρὸν* attico more, & *ἐμπενετικὸν* pro *ἐπιεικὲς*, & *ἐμπενετικὸν* pro *ἐπιεικὲς*: quidni dicatur etiã *ἐμπενετικὸν* pro *ἐπιεικὲς*? præsertim cum etiã in verbo quæsitâ sit arrisio fortasse è vicinitate vocis, quòd non faciat embeneticam, sed empeneticam. nos tamen ista foras exire gestientia quodã pruritu titillati potius perscripsimus, quàm vt magnopere probata nobis, aliis commendata esse vellemus. nos enim cum videremus Protei ferè modo in varia miracula hunc locum conuerti, multiplices etiam quàm prius species nostro commento reddidimus, ne de aliis queri ipsi possemus, qui plus nobis iuris sumpimus, quàm alios vsurpasse insimulare possemus. legi etiam posset detracta prima syllaba peneticam. Ad dam & quiddam, quod perpussillum est, è Cælij epistola, sed quia non obseruatum fortasse rudibus sensus iacturam afferret, leuiter tamè attingendum: scribit igitur epistol. 4. eiusdem libri 8. *Bonos & Senatam mallet, totus vt nunc est hic scaturit:* hoc verbi scaturit desiderandi significatione, vt esurit, intelligendum arbitror, vt sit hic scaterere cupit, & cupit in huius ordinis velut campo fluere. Dionysius tamen Lambinus, cuius ego & eruditioni & iudicio plurimum meritissimò tribuo, *senaturit* legendum esse putat. dolo non dixi, nec expectationem hominum fefelli: hoc etiam quàm dixeram, minus esse declaratum est.

Empeneticam facere.

CAPVT XXI.

Fundat naues, semina flammæ, circumferre aqua, felix oliua, carpere setas, & alia apud Maronem 6. Aeneid.

QVOD apud Maronem lib. 6. Aeneid. anchora fundare naues dicitur, id ita sentiendum est dici, quòd stabiliat nauigia, eisq; pro quodam firmamento subiecta sit, vt fundamenta esse solent, *deorsum* iacta. hoc dicen

Fundat naues.

di genus in epistola posuit Paulinus, *Huius na-
uem in quodam insula loco, quem ad pulvinos vocant, ne
similiter illideretur, anchoris fundare conati sunt.* Atque
multa eiusdem generis minuta & friuola per-
sequar. semina enim flammæ vocat ibidē Ma-
ro, scintillas, quæ excutiuntur, quæ fomentis
exceptæ & cremis flammam excitant, vt me-
ritò eius semina dici debeant. Gregem etiam
intactum appellat, quod opus non fecit, ne-
que iugo subiectum fuit. nam tale pecus ad
rem diuinam purum esse putabatur: aliter nō
putabatur. Procumbunt piceæ, quòd arbor il-
la pingui abundans resina & pice flammam fa-
cile concipit, & reliquam pyræ materiam fa-
cile succensura sit. Aduoluunt ornos monti-
tibus, quòd propter ingentium illarum arbo-
rum magnitudinem & pondus ad pyram vol-
uentes trahere cogerentur, cum ferre non pos-
sent. & libro 3. Georg.

Semina
flammæ.

Aduoluere focis vltimos, igniq; dedere.

Circum-
ferre vno
da.

Circuntulit autem vnda, est aqua purgavit, vt
περιεργασθη & περιεναλισθη Græcè dicitur, & περιεργασθη
ταυ, quia circumferabantur lustramina ei qui
expiabatur. Sed & περιεργασθη dicebatur, qui
domum aut concionem urbemque lustrabat,
in quo nomine inest & circuitus quædam &
ambitus significatio.

Felix oli-
ua.

Spargens rore leui & ramo felicitis oliuæ,
cum scribitur, à quibusdam explicatur asper-
go, ac tum legendum videtur quibusdam, è ra-
mo felicitis oliuæ: sed sine immutatione, sparsio-
nem aquæ ramo factam intelligemus quo ra-
mo aspergebantur. à quibusdam rosmarinus,
vt lib. 2. Georg.

Vix humiles apibus castias roremq; ministrat.

& quanquam ad sensum accommodatius est
aqua asperginem & rorem intelligere: tamen
aspergillum partim è rore marino, partim ex
oliua felici fuisse factum nō in: scitum omnino
sit existimare. aspergillum tamen potius è lau-
ro fieri solebat, vt apud Iuuenalem satyra 2.

—lustrari, si qua darentur

Sulphura cum thedis, & si foret humida laurus:
id est, aqua perfusa & madēs ad aspergendum
& purgandum. felicem porro oliuam ad olea-
stri discrimen, qui infelix est, dicit, vt libro 3.
Georgicorum,

Infelix superat folijs oleaster amaris.

ea enim infelix oliua est. aspersione autem a-
quæ fieri solitam illam purgationem, sic do-
cet Pollux lib. 8. cap. 8. οὐκ εἰ ἀδὴ τὸν οἰκὸν τοῦ περιεργασ-
θῆναι μὲν ἐστὶν ἡ ἀναδύοντο, ἡ δὲ αὖτε περιεργασθῆναι. τὸ δὲ
περιεργασθῆναι ἐστὶν ἀγγεῖον ἡ δὲ ἀδύοντο ἐστὶν ἀναδύοντο. τὸ δὲ
ἡ δὲ αὖτε περιεργασθῆναι ἐστὶν ἀναδύοντο. Apud Maronem tamen
non tantum aqua mundantur eluunturque, vt
quidam censent, sed etiā lustramine februan-
tur, expurganturque, vt theda, ouis, sulphure,
aut exuerris: cum addit, *Lustrauitq; viros.* sed Do-
natus *lustrauitq; domos,* legit, & aquæ purifica-
tionem hominum & domorum fuisse dicit. 60
nam antè Maro de hominibus, *Idem ter socios,*
scripserat: & vt, *lustrauitq; viros,* retineas, nihil
est necesse nouam purgationem excogitare.

Cum autem ait, —frontiq; inuergit vina sacerdos.
id ad probationem hostiæ ritu antiquæ reli-
gionis retulit, quæ auctore Plutarcho ita fie-
bat: ἡ δὲ γὰρ πρὸς τοῖς μὲν οὐκ ἔστιν ἡ ἀναδύοντο ἡ δὲ αὖτε περιεργασθῆναι
διεστῆς ἐναρτία τῆ δὲ γὰρ τῆς ἀναδύοντο, οἱ γὰρ ἡ δὲ αὖτε περιεργασθῆναι
διεστῆς ἐναρτία τῆ δὲ γὰρ τῆς ἀναδύοντο, & reliqua. Rur-
sus, τὸ δὲ γὰρ τῆς ἀναδύοντο, τῆς δὲ γὰρ τῆς ἀναδύοντο, τῆς δὲ γὰρ τῆς ἀναδύοντο
ἀναδύοντο, & reliqua. atque hunc locum antea nos adscripsisse
recordamur. Quod autem mox sequitur,

Et summas carpens media inter cornua fetas:

Carpere
fetas.

id est quod Græci *λατὰρ ἀρχαῖα* dicunt, quod est,
post immolationem & mactationem, quæ *λα-
τὰρ ἀρχαῖα* dicitur, sacrificiū incipere: mox hoc à
sacerdote factò, iugulabat hostia à victimariis
vel popis: sequitur ergo, *supponunt alij cultros,* id
est, iugulant. Hęc leuia annotaui, quæ dupon-
dio non constabunt: aliquos tamen, qui etiam
parabilia amant, fortasse delectabunt, quibus
hæc opera impenditur.

CAPVT XXII.

Porrò Quirites, larualis, de Sileno quiddam.

CVM Iacobus Cuiacius Iurisconsultorū
nobilissimus mihi indicasset apud Ter-
tullianum *Porrò Quirites*, vocem fuisse quiritan-
tium & auxilium populi implorantium, noui-
tate dictionis percussus vereri cœpi, ne dege-
ner aliqua vox esset ibi, *porro*, quæ in vicē in-
teriectionis *proh* mendaci larua eluderet: sed
cum in obscœnis versibus genus idem sermo-
nis repererim, atque in versibus non possit esse
suspicio falsi, obsoletū & nostris temporibus
ignotum sermonem reuocare volui. sic au-
tem scribit Tertullianus in Valentinianos, vt
etiam in clamauerit in eam *is*, quasi *porro Quirites*, aut
fidem *Cæsaris*. Auctor obscœnorum versuum,

Porrò
Quirites.

Porrò (nam quis erit modus?) Quirites.

Sic ab obliuione temporis vindicatur locu-
tio, quæ in ecclesiastico scriptore suspecta est,
in obscœno certa: in quo contra consuetudi-
nem aliorum auctorum, qui larualem dicere
solent, non dubitabo laruaalem scribere, non
tantum flagitante, sed etiā cogente versu. non
enim probare possum, quod alij remedium af-
ferunt, qui in eo vocabulo u vocalem reddunt,
atq; ita multiplicant syllabarum numerum ad
explendum versum. scribo igitur, quod & fa-
cile me puto eruditus probaturum,

Laruaalis

Pallorem maciemq; laruaalem.

Sic principale à Lucretio principale effertur,
& coniugale ab Ouidio coniugiale. In illis au-
tem opusculis in Copa, extat vox, quæ nihilo
plus hominibus nostris significat, quàm ver-
ba, quibus apud Catonem luxus excantatur.
sic autem scribitur, *Huc alibida veni:* & vidi, qui,
Huc ad liba veni, emendaret: sed cum subsequa-
tur,

—fessus iam sudat asellus:

& asello vehi pando, vt poeticè loquar, soleret
Silenus, eo nomine appellari videtur: exauger
suspicionē prologus, qui Plauti Bacchidibus
prætexitur, non ille quidem à Plauto scriptus,
apagesis

Silenus.

apageſis illum à tam elegante latinoque comico: veruntamen à veteri aliquo ſcriptore profectus, non recenti memoria natus, in quo Silenus ita de ſe loquitur:

*Aſſidam Ionij me vocitant greges,
Quòd veſturio ſenex vehat aſinario.*

vt ferè vtrobique corruptum vocabulũ eſſe videatur, legendumq; ſit vel aſinia, vel multò potius aſiniga, ab aſino agendo. Sed nec aſiueſta legẽti deerit ſuffragator: quod tamen non ita vltima comperendinatione decernimus, vt à nobis prouocare non liceat. Nos enim tãtũ abeſt, vt nobis hoc arrogemus, vt vel legẽ Valeriam de prouocatione ad populum contra nos valere velimus. omnes igitur iſta de re pro ſuo arbitrio & ſenſu & captu ſtatuant ſciſcantque.

CAPVT XXIII.

Carcenum, carcenaria, parabolani.

Carcenũ.

NVmeratur in generibus vini dulcis carenum, atque ita vocatur cum muſti vna parte decocta deperditaq; relinquuntur duæ: ſed vocabuli origo ita obſcura eſt, vt à grammaticis nullis ſit perſcripta, cum tamen auctores multi huius vocis meminerint, vt Palladius, & Græci rerum ruſticarum ſcriptores, etiam in medicina Nicolaus Myreſus, & Apertius coquus. ego autem vinum velut caricum eſſe ferè crediderim: etſi nihil præter coniecturam afferre poſſum. nam ſiue carenum per æ ſcribatur, ſuſpicioni noſtræ ſuffragabitur etymologia, ſiue per e ſingulare carenum reperitur, quo recentiores ſcriptores, quorum proximis ſeculis nomen vini careni natum erat, vtuntur, & melius ſcribi quidam cenſent. Caſſiodorus in tripartita hiſtoria, *iſauria quoq; latrones maxima multitudine congregata uſq; ad Carenos & Phoeniciam venientes, vrbes & vicos in medio poſitos populati ſunt.* Græcè autem ſcribitur, *μυζη καρπυ νεει φουινου γαρ ει μησοι παδρε νεει λιμυσι ινανιζου.* genus ergo tale vini, vt credibile eſt, primi Cares decoxere, & nomine de ſe aſſecere. Carenaria inde videntur apud Palladium lib. 8. cap. 7. appellatæ cortinæ & vaſa, in quibus coquitur carenum. ſic autem ſcribit, *Ei diligenter per carenarias diuiſum quinq; horarum ſpatio continuo per inuſtes pueros curabis agitare vaſa ipſa concutiens.* Iſidorus lib. 20. cap. 3. carenum à carendo deducit. Quæritur etiam lib. 1. Codicis, qui ſint parabolani: & ſunt qui à βολα quæ gleba eſt deducant, vt tanquam quidam aſcriptitij glebæ ſint: quã ego interpretationem magis adeo ne prætermitterem, quã quòd eius vllam rationẽ habendam eſſe putarim, cõmemorauim. aliquando exiſtimaui à parabola euangelica nomen habere, in qua quidam à latronibus vulneratus, à Leuita neglectus, à viatoreſ Samaritano fouetur & curatur, præſertim cum Honorij & Theodoſij conſtitutione ſexcenti parabolani curandis debiliũ corporibus deputentur,

Carcenaria.

20

30

40

50

60

70

80

90

100

CAPVT XXIV.

Cestrotia, corybantia apud Plinium.

DE cornibus Plinius ſcribit lib. 11. cap. 37. *nunc tincta, nunc ſublita nunc quæ ceroſtrotia picturæ genere dicuntur.* hic ego exiſtimo non magis ceroſtrotia à picturæ genere dici poſſe, quã lithoſtrotia. nec tamen Plinium culpæ, ſed libros falſi inſimulare debemus: vel potius primam editionem, quæ ab emendatore corrupta, reliquum gregem emendatorum, velut oſtenſus termes oliuæ aut vitis palmeſ capras, ad ſe traxit. nam in libris vmbraſieis nec in ſolem prodeuntibus reperio, ceſtrotia: quæ vox vnius ſyllabæ additamento inſincerum reddidit ſenſum. Quòd ſi illi librorum mali genij, quid ceſtrotia eſſet intellexiſſent, manus ſuas à contaminando optimo auctore continuiſſent. Sunt autem ceſtrotia, quæ ceſtro, id eſt vericulo per inuſtionem picta ſunt: Plinius lib. 35. cap. 11. *Encauſto pingendi duo fuiſſe antiquitus genera conſtat, cera, & in ebore ceſtro, id eſt, vericulo.* Ebur autem, vt opinor, non ineptè nec inſcitè in cornuum genere reponemus. Eſt & alter non diſſimulandus error eodem libro & capite, vel Plinio vel editionibus adſcribendus, cum ita de oculis ſcribitur, *Quin & patentibus dormiunt lepores, multiq; hominum, quod corybantiam Græci dicunt.* Nunquam, quod ſciam, id valere corybantiam apud Græcos, quod Plinius dicit, legi, apud quos hoc verbum inſanire & corybantias deſiderare ſignificat, quod eſt furere, vt apud Ariſtophanem in Velpis,

Cestrotia.

Corybantia.

Αλλ' η παραφρονη εις τριβυ η λεγομενη τριβυ.

An igitur Plinium inſcitæ accuſabimus? minime gentium: ſed emendatorum perſidiam aliud quã repererunt edentium, cum in autographis ſcribatur, quos corybantia regrediunt, id eſt, quos corybantia in priſtinum habitum reuocant, & reſtituunt priſtinæ ſanitati, cum eſſe ſani non videantur, qui apertis dormiunt nec conuiuentibus oculis. Nec verò quiſquã debet offendi hac voce regredior: nam & vlturpata fuerat ab Ennio, & Plinius antiquarum

interdum auceps est vocum. Nonius Marcellus, *Regredere, reuocare*: Ennius, Achille, *Quo nunc incerta re, atq; morata gradum regredere conare.* Sunt autem corybantia loca sacris & initiationib. corybantum dicata, quæ ea forma dicuntur, qua psychomantia & necromantia: Strabo li. 10. *Geogr. Τό, τι λογυβαύτιον τὸ ἐν τῇ ἀμαξίτιᾳ τῷ νυθ ἀνεξαρτήτων χόρας ἕγγυς σμυρδῆς.* Corybantum porrò sacris multos morbis liberari diuinitus immis-
 sis opinio erat. itaque apud Aristophanem se-
 nex iudiciali morbo insanum in modum la-
 borans, à filio corybantum initiatur sacris. sic
 enim scribitur in Vespis, *μετὰ τῶν ἰσογυβαύτιση.*
 Hæc cum ita sint, in Plinio potius coryban-
 tia, quàm corybantian, legerim. Nec me mo-
 uet editionum consensus, nam ab vno erroris
 capite deriuati sunt omnes riuī, vt multarum
 editionum testificatio, vnius tantum testi-
 monij auctoritas sit. Nos tamen hæc ita affirma-
 mus, vt doctorum iudicio & censuræ libenter
 summittamus, quibus plus deferimus multò,
 quàm nobis arrogare ausimus. quod si insolē-
 tia vocis regredio homines offendit, quid si
 quos corybantian Græci dicunt, legamus, & corybā-
 tas desiderare intelligamus, à quibus ea vale-
 tudine sanentur?

CAPVT XXVI.

Raua frumenta in Festo, excodicare, Icadius, rodus, catapirateria, regiescit.

Quidam hac tempestate ita studiosi sunt
 vetustatis, vt suæ memoriæ sui que pro-
 pè obliuiscantur: & antiquarij illi tam perdi-
 tæ ruinas literarum antiquarum scrutantur, vt
 si quid ex illis eruere possint, sibi videantur
 triumphatores & augulti esse. Itaque ruderā
 rimantur auctorum errorum & vetustate fu-
 giētium, & putria saxa & marmora exesa per-
 uestigant, & si quid inueniunt, vrbem aliquā
 sese bello cepisse subegisseq; existimant. eodē
 ferè & morbo ipse laboro, vt vineta egomet
 cædam mea. Itaq; cum in manus sumplissem
 Festum Fompeium in litera R, sic latebras ei-
 us tineosas & lacunas inanes peruestigauī, vt
 penè cerebrum perdiderim, vix que tandem
 quicquam repererim: sed quod reperi, sine in-
 uvidia communicare alijs malo, quàm sinere
 vt se in eo, in quo à me fortasse leuari poterūt,
 miserè conficiant. Vt igitur exclamare solent
 pueri se in faba midam reperisse: sic in eo in-
 ueni raua frumenta esse frumenta, arida & sic-
 ca. Nam cum, vt è fragmento suspicamur, de-
 claret raucos ab ariditate vocis & gutturis ap-
 pellatos, ab eadem ariditate nominatas sub-
 iunxerat spicarum aristas, & frumenta raua,
 nimium sicca, torrida, & arida: nisi quis stra-
 menta legat, eodem sensu: quanquam alterū
 magis mihi probatur. In faba refriua, quam re-
 feriuam Plinius integro verbo libr. 18. cap. 12.
 vocat, sic scribitur: *quæ ad sacrificium referri solet do-
 mum ex segete auspicij causa. quasi reuocent fruges, vt*

Frumenta
 raua

domum datantes te virtico ad rem diuinam faciendam. il-
 lud te virtico homini Latino nihilo plus signi-
 ficat, quàm Æthiopum Itridor, aut Itrépitus a-
 quæ, aut murmur apum: sed putem scribendū
 e virtico, hoc sensu: cum obseuerant segetem,
 quia in agrum fruges tulerant, quòd inauspi-
 catum videbatur domo eas exportasse, vt nò
 redituras, solebant è segete aut statim semen-
 ti facta aut postea, referre auspicij causa do-
 mum pro tritico & frugibus. retulisseque fa-
 bam perinde erat ac retulisse fruges, & auspi-
 cari earum reditum, ominari que eas domum
 reuersuras, non in agro semper remansuras.
 In verbo autē remeare videtur ex Afranio se-
 narius afferri cum hemistichio hūc in modū,
Vetuit me sine mercede prorsum Paucius
Remeare in ludum,

id eo moneo quia quibus vnus esse videtur
 perpetuus versus, ludum eludunt, aliud que
 subrogant. In repastinare sic integrabitur A-
 franij versus,

Repastinare fero tu senex fugis.

Obseruandū autē in Festo, excodicari esse ar-
 bores & virgulta effodere, cum in auctoribus
 rei rusticæ sit circum codices & stipites arbo-
 rum ablaqueare: *Aut siluester*, inquit, *excodicatur.*
 At vbi scribitur, *Req; apse bene meritis rem:* haud
 equidem dubitem emendare, *bene meritis siem:*
 ac vt opinor candidum emerebitur calculum
 ista correctio. Cum repotia explicat, locum
 Pacuij assert, haud sanè repotijs & conuiuio
 tempestiuo dignum, sed quo pro pedica fera-
 rum venatores, aut laqueo auium aucupes,
 aut cōmpede Grammaticorum auctores vtī
 possint: sic autem emendandum reor, *Ab hoc*
Depulsum mamma pædagogandum accipit
Repotialis liber:

Excodif-
 care.

Ac repotialem credo vocat qui ad repotia vē-
 titare soleret, aut in repotijs liber factus esset.
 At in Restat,

Impetus haud longè medijs regionibus restat,

credo non malè lectum iri. Sic autem etiā scri-
 bitur ex Lucillio nænia penè magica, Rhonde
 scadionq; cum dixit Lucillius, quo nomina riparum po-
 suit, tam infestum sibi corpus & valetudinem referens,
 quàm leuis sed saluti nauigantium. Ego cum Icadij la-
 tronis mentionem apud Ciceronem esse scia, &
 in horum verborum latebra delitescere vi-
 deam, non dubitabo legere, Rhondon scadionq;
 cum dixit Lucillius, nomina piratarum posuit, tam infe-
 stum sibi corpus & valetudinem referens, quàm illi es-
 sent saluti nauigantium. Rodus autem modò vt ad-
 iectio est, vt, *alius saxum rodum:* modò substan-
 tium, vt & rudus in architectura: & cum mo-
 lem, glebam, massam significat, vt, *hinc rapere*
manibus rodus saxum grande & graue. & apud Lu-
 cillium in bolidis descriptione, qua vadum
 maris tentatur,

Icadius.

Rodus.

Hunc catapiraten puer eodem deferet vinctum,
Plumbi paxillum rodus liniq; mataxam.

Catapira-
 tes.

hic rodus est pondus, & catapirates est, quæ à
 Græcis *λαρραεραπία* vocatur, à pertentandis
 vadis. Regiescit à Festo exponitur crescit: sed
 cum

cum glires indidem nomen habere in fragmēto significare videatur, reglescit esse scribendū affirmo, pro regliscit, à glisco.

CAPVT XXVI.

Rustariæ falces, tertijs diebus, ob vagulationem, aurem capere antestati, antestatus.

DIV multumque quæsiui quæ sint lib. 1. c. 22. apud Varronem falces rustariæ: & dici non potest quàm mihi molesta vox ista fuerit: modò ruscarias somniabam à rusco, modò rustarias quasi rusticarias dici fingebam, & vanus ineptusque semper ariolus eram. nunc ad veram tandem euasisse coniecturam videor. cum enim apud Festum reperiā, *rustum ex rubus*, neque amplius præterea quicquam (edax enim illa temporis vetustas reliqua eo in loco consumpsit) haud dubiè rustarias falces interpretabor, quibus ruri secantur rubi, qui per agros serpunt. Cum autem à Festo explicatur *res comperendinata iudicium in tertium diem constitutum*: magno id adiumento est ad intelligendā & illustrandam duodecim tabularum legem apud Fest. Pomp. libro decimonono, quæ his verbis est concepta, *Cui testimonium defuerit, is tertijs diebus ob portum ob vagulationem ito*. scio equidem hæc à Iuriconsultis doctissimis huius memoriæ variè exponi, & magno studio ab illis semisepultas legum earum reliquias effodi: quosdam etiam quadam decemuirali potestate leges scribere & rogare: tentabo tamē hac in lege sensum, qui mihi probabilis videatur, explanare. neque verò deo excludi ab hac interpretatione, quæ velint nolint tota coniecturæ est, vt sagacis sit hominis & mediocriter eruditi eam captare, non solius Iuriconsulti. Puto igitur significari, si testis ei defuerit, qui litem habuit, ei licere comperendinationis die, id est die tertio, ante eius ædes liberè conqueri & implorare eius testimonium, conuitiumque recusanti facere. Nam à vagio vagilo & vagulo deducitur, vnde vagulatio, quod conquerentis & plorantis est: nec assentior ijs, qui à vago deducunt, nec qui obuagularum legunt, cum vagulationem Festus planè aperteque legat, & interpretetur, sitque ob vagulationem dictum antiquo more pro ad vagulationem. Et quoniam verba duodecim tabularum modis omnibus video interpolari atque mutari, nec per nostram licere eorum sepultis manibus insciam quiescere (nam quæ non intelligimus, protinus ad nostrum captum scribimus atque formamus) ipse quoque pari ac reliqui in eas temeritate ac vesania grassabor. Lex est apud Porphyriōnem interpretem Horatij, libro primo nona satyra, sed ita balbutiens, vt à nemine intelligatur, & tamē loquatur quicquid cuius collibuit: *Si vis vocationi testamini igitur rem capito antestari*. Ego eius verba sic concipienda puto, *Si in ius vocat, ni it, antestatus manum*

*inijcito, aurem antestati capito. & vt opinor, non longè recedunt ista à vestigijs deprauationū verustarum. Nam in illo, mi ni igitur, mihi latitare videtur manum inijcito cum priore auris syllaba: & nominatim diserteque monent interpretes proditam lege actionem iniuriarum in eum fuisse, qui sine antestacione manum iniecit. Etiam alia in lege, Si pater filium ter venundabit, filius à patre liber esto: non vt edicunt, venundauit, legendum credo. non enim possum credere, decemuiros dauit scripsisse: & animaduerti non infrequenter in futuro leges loqui solere. Aliam etiam legem aduersus nos vindicē asfertorēque; postulare cogamus: ea est apud Gellium, sed valde corrupta: quam sic lego, *Qui sit erit testatos libripensve fuerit, ni testimonium fateatur, improbus intestabilisque esto*. alij pro fateatur, fariatur edunt, alij feriatur, non malè etiam ferat legeretur: testatus autem est antestatus, quo pacto & scribenti non repugnabo: in Gellio, testatior peruersissimè scribitur.*

CAPVT XXVII.

Vindiciæ, iunctum tignum.

CV non distulit Hylas puer, & Latonia Delos? quis non sibi de vindicijs esse dicendum aliquid putat, ex hoc tāquam mustaceo laureā petis nos quidē semper auditores nō erimus tantum, aliquando etiam reponemus, & ista de re loquemur. neque tamen ab alijs dicta repetemus omnia, hūcque conijciemus: sed quod in Pompeio animaduertimus scribemus. *Vindiciæ, inquit, appellantur res eæ de quibus controuersia est: aut potius dicuntur vindiciæ inter eos, qui contendunt: sic ferè sensum in eo constituendum crediderim, cum mihi quid tale proloqui voluisse videatur: & sententiæ nostræ exemplum Catonis conuenit, quod ipse profert, *Pretres secundum populum vindicias dicunt*. sed & vindiciæ dicebantur, quæ ex agro afferebantur in ius vindicandi causa: etiam vindiciam in singulari dicebat rem Seruius, de qua controuersia erat ab eo quod vindicabatur. Vindiciam ferè est sententiæ decretorque obtinere rem: dicebat enim vindicias iudex: ferebat vindicias qui rem obtinebat: sed si vindiciā ille tulerat qui non debuerat, tribus arbitris datis, duplione damnū luebat. lex enim erat, *Si vindiciam falsam tulit, rei siue litis arbitros tres dato, eorum arbitrijs fructus duplione damnū decedito*. Significat & vindiciæ manus corruptionem, *καρπιαία* à Clemēte vocatur, à Charisio *καρπιαία*, quod manus brachiale caperetur, qui carpus dicitur. Id & Gellius indicat lib. 20. cap. 9. scribens, *Vindiciæ corruptione manus in re atque loco presentis apud prætorem fiebant*. Ex eo etiam adfertor *καρπιαία*, & adfertio *καρπιαία* vocatur, vt in lexico Latinogræco reperi. Sunt & vindiciæ libertas, Charisio auctore, qui *καρπιαία* explicat. Est & libro decimo septimo cap. secundo in Gellio lex, *Ante meridiem causam conscito, cum perorant ambo presentes:**

hic

hic ego eis facile assentior, qui *causam conijcto* legunt: nam hoc fieri lex non vult nisi vtraque parte praesente. neq; tantum rei causam conijciunt, sed eam quoq; iudex conijcere dicitur cum audit. conscire autem causam pro cognoscere Latine dici non posse reor, vitiososque Gellij codices arbitror. Nam in Cornificij antiquis libris *conijcto* indubitanter sine vlla vitij aut liturae suspitione scribitur. *Post meridiem*, inquit, *praesenti litem addicito, si ambo praesentes*: hic lis, res est de qua controuersia est, quae addicitur alteri, praesente tamen aduersario. nam eo absente non temere statim adiudicare praesenti rem solebant, sed comperendinabant. Itaq; de Claudio apud Suet. in eius vita, ca. 15. vt nouum scribitur, *absentibus secundum praesentes facile dabat*. legere tamen quidam malunt, *Litem adijcto*, vt eodem die coniectioni lis adijciatur. Quod autem in Gellio additur, *Sol occasus supra ma tempestas esto*: significat post occasum solis cognoscendas causas non esse, nec iudicandum, sed tum iudicium esse dimittendum. igitur occasus solis est supremum tempus diei vltimumque iudicantibus: Alia est lex de iuncto tigno xij. tabularum apud Fest. Pomp. lib. 18. verbo nescio quo concapu contaminata, aut, vt alij emendant, capulo capularis facta: quam ego sic scribendam puto, & fortasse turpius inquinabo foedaboque, *Tignum iunctum a-*

Iunctum
tignum.

dibus vineaeq; copula ne soluito: vt lex veter tignum vindicari & extrahi ex aedibus, & vinearum maceria, aut aliquo earum copluuio aut iugo. nunquam putavi capulos egere tignis: fauet emendationi, quod iurisconsulti tantum de tigno in vinea & aedibus legem xij. tabularum loquutam scribunt, nec capuli meminerunt, sed nec Festus ipse: verum quia in antiquis libris partim *concapet*, partim *concapu* reperitur, neque eorum negligenda est auctoritas, fortasse hac formula lex sit edenda, *Tignum iunctum aedibus vineaeq; cum capite, ne soluito*: nam capite iunguntur tigna & vineis, cum alligantur innectunturque vitibus, & aedificiorum parietibus cum inseruntur indunturque: vel potius in vinea iunguntur cum aliquo vitis capite: nam capita vitium stirpes dici non ignorat, qui scriptores rei rusticae legit. sed & Maro ita vsurpat. Georg.

— *super est deducere terram, Sapius ad capita*. atque hanc interpretationem veriore puto, posterioremque scripturam legis certiore existimo: sed omnium sincerissimam, *Tignum iunctum aedibus vineae ve ne vindicato, ne soluito*. huic quidem fauet Vlpiani interpretatio, qua dicit legem duodecim tabularum neque solere permittere furtiuum tignum iunctum aedibus vineae, neq; vindicare. Non deerit fortasse qui, *Neve capito, neve soluito*, scribat.

LIBRI DECIMITERTII FINIS.



ADRIANI TVRNEBI AD-
VERSARIORVM LIBER
DECIMVS QVARTVS.

CAPVT I.

Subulo, subuerbustus, subsudes, strigones, sueris, ossa suera.



BLIVIA, vt Varronis vtar voce, linguae Romanae mihi videor tractare, cum Festi epitomen lego: quia tamen magno adiumento est latine cupientibus scire: & quocumque antiquius est fumo sumque magis, vt in imaginibus nobilitatis, vehementius admiramur: operae non parcam meae quaedam interpretari. Libr. 17. sucrotilla

30 vocem tenuem & altam dicit esse: sed origo vocis ignorata enodationi notionis explanationique officit: eam sepultam conabor tanquam effoderé: equidem a crotalo, aut voce Graeca *λεπτή* deductam puto, cum diminutionis formatione, vel certe vt Graeca vox est *σφίττια*, sic de sono Latina fuerit efficta. Subulo est Festo tibicen Etrusca lingua: hoc etiam vocabulum soni imitatione esse puto factum, vt sit subulo, raquam sibilo. Subuerbusta est sub verberibus vsta, licentia & petulantia comica vocabulo è multis coagmentato: sic saty. 7. li. 2. *vri virgis ferroq; necari*, dixit Flaccus, quaquam in eo vri per se etiam commodè intelligi, vt antè dixisse me recordor, potest. idem ode 4.

Subulo.

Subuerbustus.

Epod.